




**Sunt in hoc volumine. Apologia Edouardi Leei contra  
quorundam calumnias. Index annotationum prioris libri.  
Epistola nuncupatoria ad Desideriu[m] Erasmo[m].  
Annotationu[m] libri duo, alter in Annotatio[n]es prioris  
aeditionis Noui Testamenti Desiderij Erasmi, alter in  
annotatio[n]es posterioris aeditio[n]is eiusde[m]. Epistola  
apologetica Edouardi Leei: qua respondet duabus Desiderij  
Erasmi epistolis.**

<https://hdl.handle.net/1874/433094>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


F. qu.

150





F. QU.  
150





¶. q. mibz uel **r** mibz signia et pugia ministro cui regia. in plazo. **i** mibz signia  
in et non. seruof eius. Hec tam manifesta sicut ut expolitione magis  
natur. **S**u uero anch que facta sunt in templo. cane necente fiant. Id est  
multa s. cū leguntur. Vnde tunc dñi facit post quis populus et inde e  
egypt. subdit. **A** re pugna gentes multas. qui possidet in dñi qm  
uolo suodare uidebat. et occidit reges fortes. si con regem amorem  
g regent palam. hoc si uero factum sine. De his multibronunt ers legit. **Q** uo pugnat  
ut uia herentibus se. et sonat. et sonat. et sonat. et sonat.

ite ootum laudat & dicitur & regnus eius enim dominatus quatuor venatum est. Ille dicit  
sicut bonus est. si alunde participatio bono. Ille ex se ipso habet & non adhucendo alterum  
dicit. psallit bono. qd agit & fieri bonis. sed egrediunt illo cetera ut fieri bona. Sed  
ipse animos potius uaderi. qd in somnia isti horum ut opa uidetam. qd sequi:  
tum est. qm. psallit nomen eius qm suum regnum. Ille dicit. se pessime potest  
reangere in uata hoc opere per primi int' cetera quae et ideo amar alia hoc ponit. et e' psalmoni et  
et eo qd defat. qd res nouimus sui ergo. cui se uideat rabiuit. qd hoc illi. de hoc illi.  
qd in omni misericordia eius.

no pere quidetur quod <sup>1</sup> pere quod illa.  
quid hinc daret pere quod illa.  
ad difficultatē vnde adest pere illa.  
ad doctilā <sup>2</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>3</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>4</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>5</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>6</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>7</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>8</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>9</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>10</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>11</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>12</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>13</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>14</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>15</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>16</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>17</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>18</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>19</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>20</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>21</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>22</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>23</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>24</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>25</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>26</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>27</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>28</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>29</sup> pere illa.  
ad doctilā <sup>30</sup> que denuo dicitur quod illa.  
dicitur quod illa. <sup>31</sup> pere illa.

¶ VIII VIII. cap. 117.

lb.

¶ 912. 11. 117.




Miscellanea Theologica

Quarto n°. 150.

60.  
Puriora illiusq[ue]m in aliisq[ue] dicitur  
Q[ui]dam i morali nominatur  
eximis in reliquo accidit usq[ue] ad idem  
Bellum omnium q[ui] sunt contra in diebus  
et in coruscat amar hinc eti misericordia

ut quis sicut regnū cœlestis  
in cœlestib[us] a mortali hinc p[ro]p[ter]e s[ed] q[ui] cultur  
ipso d[omi]ni i cœlestib[us] amicoratu: tunc p[ro]p[ter]e p[er]  
nate poterit i affl[ict]i pauperib[us] reliver eph[es]i  
et i no[n] nō cōrere pater i palam h[ab]et p[er] suū p[ro]p[ter]e  
ad p[er]petuolat p[er]petuolat p[ro]p[ter]e q[ui] eripponit iungit



N. 5. C.

N. 31. J.

F qu 150 /

# SVNT IN HOC volumine.

Apologia Edouardí Leeí contra  
quorundam calumnias.

Index annotationum prioris libri.

Epistola nuncupatoria ad Desideriū Erasmū.

Annotationū libri duo; alter in annotationes prio-  
ris æditionis noui testamenti Desiderij Erasmi;  
alter in annotationes posterioris æditiōiseiusdē.

Epistola apologetica Edouardi Leei: qua respon-  
det duabus Desiderij Erasmie epistolis.

Prostant Parrhisijs in Edibus Egidij Gourmōt  
sub signo trium coronarum: in via ad diuū  
Iacobum sitis.



Donatione H. à Büchel



# APOLOGIA EDOVARDI

Leei ad diluēdas quorū  
dā calūnias.

Edouardus Leeus florentissimē Academīæ  
Louaniensis studiosis Salutē.

  
I habēt perditissimōꝝ hominū p-  
uerissima īgenia: vt qđ p̄ie alioꝝ ac  
christiane factū ē: i ꝑ ad calūniascri  
minatiōesꝝ: nō sine suo quodā arti  
ficio: detorqant. Id qđ quū multis:  
tū mihi nī fallor maxie oīm: & qđ ē  
lōge dissimili ac alijs sorte: cōtigit experiri. Audi-  
tū est aliquādiu Leeū scripsisse in Erasmū. Inde tu  
mult' aliqui s Sed quib⁹ primū initij⁹ nat⁹ sit hie  
rumor: postea diuagat⁹ est: deinde ad hāc tragœdiā  
velutī quibusdā gradib⁹ puenit: pauci adhuc satís  
tellexerūt: vt qđā ī me sint paulo īnīq̄ ores aī t̄ps  
cōtra moseos p̄scriptū: quo cōmonemur audire al-  
terā ptē. Id quū nūc res vrget: vt orbī declarē: tuo  
fret⁹ cādore: cādīdissime lector: q̄ potero paucissis ta altera  
explicabo. Stati a prīcipiis Caroli discessu ad Hy- parte.  
spanias: Erasm⁹ hāc florētissimā academiā cōcessit  
meā domū descēdit: salutauit. Prīasīc īita est iter  
nos noticia. Sermo (vt fit) post prias p̄faciūculas:  
de multis habebāt. Sed qđ ad hanc rē ptinet: is mi  
institutū suū: de relegēdis/castigādisꝝ suis āno-  
tiōib⁹ in nouū testamētu: idicauit: simulq̄ quā-  
sum cuperet ad hoc negocij libera amicoꝝ iudīcia

**L**eeus in M<sup>e</sup>vero cum prīmis obnixe hortatus est: vt hunc  
uitat<sup>9</sup> ab **Eras. ad** laborē capescerē monendise: si qd me offenderet.  
annotādū **N**ā nescio quid de me supra q̄ in me agnosco: tūc  
si qd se of- persuasit sibi. Respondi nihil tale esse in L<sup>e</sup>eo: vt  
fenderet in nouo il- monitor possit esse Erasmi. agnoscere me tenuita-  
lius testa- mēto.

tē meā. Itaq̄ recusaui onus tanq̄ impar humeris  
meis. Multa dehortabantur me ab hac re: & illud  
in primis: q̄ scibam vt male alter quidē in nō diffi-  
milī officio acceptus sit. Nec id tantū dehortabat  
me: verum etiā vt ingenue fatear: suppuduit pro-  
dere hanc infantiā apud eloquentissimū virū. Sed  
nec tam stupidus eram: quin partim presagire po-  
terā: quæ nunc secuta sunt. Cæterum quis nescit:  
q̄ sit mirus prestigiator: quum quid cupiat. Non  
cessat: quoad captus essem illis syrenibus. Sic de-  
mum reddo me: non audeo dicere in malā rem: nā  
sic forte deus voluit: cuius est abyssus multa & pro-  
fundasunt iudicia. Ingredior palestrā non cū quo-  
uis homine: sed cū deo prope (vt quidā putat) huī  
ætatis. Nempe eo opinionis euasit apud quos dā:  
vt in literis quocunq̄ spectes: extra omnē ingenij  
aleā habeatur. Sed statim meritas do pœnas tantę te-  
meritatis. Nā ptin<sup>9</sup> ab ingressu: p̄bet me spectato-  
ribus r̄idendū. Habet vt scis palpones: q̄ illū solē  
vocant: & lunā: mercuriū & venerē. & si quid præ-  
terea est insignis syderis: q̄ nihil nō illi tribuūt &  
pl<sup>9</sup> forte: q̄ ille aut cupit: aut boni cōsulit: oracula  
putates ex trīpode: q̄ cq̄ dab illo ore pficiſci. Hos  
cōsētaneū ē accitos fuisse a cōſilijs. pfer̄ mea char-  
tula: nā chartulā iā dedi ānotationū plenā: q̄ me

offenderēt: aliquot nīsi allucinor: grauis momen  
ti. Illic nīsi me coniectura fallit: diducto rictu ri-  
deor in confessu: stupidus vocor: qui audeam con-  
gredi cum tāto Achille: leuis: qui tam minuta no-  
tassem. Hæc haud multo secus habere: euentus  
probauit. In proximo congressu haud ita multo  
post disputationis exordium: non sine stomacho:  
bellum mihi indixit. Committere me voluit cum  
suis dialecticis: quorum verbis facialem agens:  
prouocauit me ad harenam. Iubent (inquit) ad se  
venias: & docebūt te dialecticam. Hic actutū sen-  
si hominis erga me animum exulceratū: nec respō-  
dentem officio meo: nec tam sancto suo pollicito.  
Nam pollicitus est: se omne quicquid id esset: qđ  
monerem: eque boni&q; consulturum. Et certe quo  
die primum me hortatus est: decem & octo locos  
quos tunc protuli: videbatur non diffiteri. Hesi-  
mus duntaxat in vno: nec id quidem magnopere.  
Nō vulgares prætulit debitum se mihi gratias:  
si pergerem. Et quiddam pollicitus est: quod ego  
tūc deprecabar: & vsq; huc deprecor: potius q; hac  
ratione eueniat. Necq; vero statim primo hortatu:  
ingressus sum hanc operam: datis chartulis mo-  
nendi hominem: sed multis: ac saepe impensisime  
rogatus. Quoties nos inuicē inuiserem⁹: hic sem-  
per erat prim⁹ hominis sermo. Quando incipies  
nos monere: quando aliquid nos dabis tuarum  
annotationum⁹? Nunq; cessauit obtundere: quo  
ad impulsus prope inuitum. Nam tunc grauissi-  
mum mihi fuit: vel momētum auelli a græcis lité-

Le. contu  
meliose p  
uocat⁹ ab  
Eras. ad  
barenam  
cum diale  
cticis,

ris: quas vtcūq; iam ante degustaueram. Ettamen non poteram hoc officium negare: etiam si recentis adhuc: amici tamen (vt putaueram) tam importunis precibus. At quum fucum esse: nō synceram erga me amicitiam viderem: necnon primum officium tam inique retaliatū: pœnituit me incepti: ac prorsus habui in animo: eximere me ab hoc negocio: & nihil amplius habere commercij cum ho-  
L. denuo mine. Ille tamē non sic destitit. Denuo me adit no-  
inuitatus uis precibus. Conatur excusare vtcumq; rem. Scis  
ab Eras.  
vt perget enim quantus sit artifex: vt sciat nigra in candida  
peragit. vertere: & cōtra: candida in nigra. Id quod vtrūq;  
hoc negocium vel indice prodit. Iterum me aggre-  
ditur suis mellitissimis verbis. Tendit illas suas pe-  
dicas. Vt semel dicā: denuo captus sum. Tam sum  
facilis ac simplex. Sic demum iterū spondeo meā  
operam. Accingo me: dietim tempusculi aliquid  
suffuror ab utilioribus studijs: vt illi inseruiam.  
Annotationes a capite relego: simulq; gr̄cum cū  
translatione confero. Tameram curiosus ac dilige-  
gens: vt nisi quid pr̄ īscitiā me fugerit: nihil pr̄-  
terierim non exploratum: non versum: non excus-  
sum: etiam quātumuis minutum. Nempe id sedu-  
lo ac serio agebam: ne ī secunda ēditione: quantū  
hoc tenue iudiciū pr̄stare posset: vel momo ullus  
ad calumniandum locus pateret. Quīdni: sic mea  
bis referebat: tū ne ī officio dormitasse viderer: tū  
ne si quid cessatū esset: hoc daretur ī scitiæ. Porro  
qualia hic porteta ex latibulis prodita: conat' sum  
deturbare: nō pr̄cipio tibi iudiciū: q̄squis es: opti-

me lector. Videbor tibi forte amicū egisse: & ami-  
citię officium: quantū hoc negociū petiuit: omnīz  
bus numeris ī pleuiffe. Certe malui ī me desydera-  
ri iudiciū: q̄ diligētiā. Singulo quoq̄ tertio: quar-  
tove: aut vt multū quinto die: misi aliquot annota-  
menta. Produxī: si bene memor sum: rem ad cente-  
simum & prope quīnagesimum locum: non dī-  
co paris momenti omnia: sed vt præmonui: nihil  
videbatur spernendum: vt ne vel pilum haberet:  
quo in soleceret nasutus quispiam. Chartatim illi  
trado. Interea mutua præstantur officia. Ego om-  
nia syncere agi diu arbitrabar. Nihil fuci suspica-  
bar. Non poteram simplici ac syncero animo: mel-  
le litum videre venenum. At is hominem idoneū  
naectus quem luderet: meris præstigijs agit mecum:  
clam ridet: cachinnatur: mordet: iſcītię notat: an-  
notationes meas minutias ac nugas etiam apud  
me vocat: eruditōrem meam contemnit: fabulā  
me facit in conuiuijs: hanc rem haec tenus per mes se  
cretam: euulgat. Nec id quidē satis christiano ocu-  
lo: sed vt mihi faceret inuidiam. Passim: naectus ar-  
rectas aures: ī me latrat. Sic primum rumor natus  
est. Nec qui ad aures tot diuersarum gentiū: que  
ad hoc nobile gymnasium ex toto prope orbe chri-  
stiano confluunt: increbuit: difficile postea propa-  
gatus est. Si quis testes desideret huius rei: vestrā  
primum appello conscientiam Erasmei amici: ve-  
strām deinde omnium huius celeberrimi gymna-  
sij alumni: vel qui ab Erasmeis secretarijs: ceu fi-  
dei forsan credita accepistis: vel qui fama paulo

Erasmi  
gratitu-  
do erga  
Lecum.

progrediente: vulgo audistis. In vestro numero  
haud pauci sunt qui hæc ita habere vult recensui: te-  
stari possunt. Ad me vero primum aliquandiu se-  
creto hæc perferebantur. Deinde: leuis partim ru-  
mor fidem auxit. Postea Erasmus ipse ac Erasmei:  
ex non vulgaribus indicijs confirmauerunt. Nam is  
videbatur respondendo quibusdam meis annota-  
tionibus: incaluisse: quum nulla prouersus a me præ-  
bita esset occasio: nisi occasio sit: amice: sincere:  
ac ingenue monuisse. Illi quippiam in me passim  
murmurabant: ac garriebant in ventum. Nec sine  
hiseo tumultus: ac tragœdiæ processusset hoc ne-  
gocium. Hic iam iterum mecum cogito. Quid me  
frustra fatigo? Quid tam bonum ocium perdo? ni  
mirum perditum putabam: quod non referret me  
liore frugem. Quid tamen amicum officium: adhuc col-  
loco: apud me gratum hominem? Cur non cesso  
hominem prouocare? Nempe prouocari sensi: que  
volebam hoc meo officio demererim. Interea dum  
illi seruui: potuisse nihil esse in grecis literis.  
Tamen horæ felicitet mihi gratis dilapsæ sunt.  
Sic statuo non amplius perdere oleum & impesam. Re-  
uoco manu. Detineo apud me annotationes: non  
mea sponte missurus: nec denegaturus tamen si pe-  
tisset. Erat etiam ab initio perpetuus mihi mos: ni  
hil mittere nouarum annotationum: priusq; ille prio-  
ribus respondisset. At tum forte habebat octo no-  
uemive in manibus: quibus usque huc: post unum &  
alterum annum: nihil quicquam respōsum est. Ea par-  
tim ratione nihil annotationum dedi: partim ve-

Le manu  
reuocat.

ro: q̄ is nihil peteret. Porro cur nō peteret: postea  
mīhi gnauiter excussum est. Habeo nō leuia indi-  
cia: vnde vel stupido procluesit elicere: proditum  
illi a quodam meo scriba: quicquid reliquarū erat  
annotationum. Non prodo nomen: nec tamen/  
tantum illi ut parcam: nomine abstineo. Possim  
nominatim citare duos: nec fide indīgnos: alterū  
theologie candidatum: alterum publicum profes-  
sorem: qui librū ānotationū mearū se vidisse apud  
Erasmū sāpe testati sunt: audientibus aliquot cō-  
terraneis meis. Cæterū q̄ illum librū Erasmus ex  
Anglia dicit se accepisse: plane id fictū est: ne pro-  
ditorē pdat: qui huic tragœdię caput est & author  
Sic meis furtim abusus laborib⁹: concedit Basí-  
leam: denuo nouū testamentū cū annotationib⁹  
emissurus: sed emēdatius ac locupletius. Postq̄ ex  
Basilea Louaniū rediſt: expostulat mecum per līte-  
ras: sparsum esse rumorē de meis annotationib⁹.  
Earū copiā petit. De rumore iā dixi quo pacto fa-  
tus sit: illius vitio non meo. Sed q̄ libri copiam  
petit: quis nō statī videt hoc non syncere agi? Nā  
cur nunc peteret: quū non esset sibi integrū emen-  
dare quicq̄: vt ipse datis ad me literis testatur? Ego  
tñ qui nunq̄ illi copiā negau: professus sum tradi-  
turū me librū meū æquo cuipia in vtrūq̄ censori.  
Hortatus sum etiā illū: vt suū traderet. Tandē cō-  
uenit inter nos de venerabili patre domino Ioāne  
Atensi: huius nobilis gymnasij vicecācellario: vi-  
ro mea sententia omnibus modis digno: qui de

Proditū.  
Era. ab  
scriba q̄c:  
qd reliqrū  
erat anno  
tationū  
ab his q̄s  
Le. i. p̄e cō  
mūcauit.

Mōsync  
re factū q̄  
Er. e bas  
lea rediēs  
librū pe  
teret

Utriusq  
cōsēsu. D.  
Jo. Aten  
sis censor  
electus.

BB

**v**troq; agat censuram: quantum ad theologiā per-  
tinet. Nam de græco: etiam sine arbitrio: facile in-  
ter me Erasmusq; conuenisset. Quippe qui nihil  
prope aliud mihi sumam in græcis annotationi-  
bus: q; vt moneam: vel sic haberī: vel nonsic habe-  
rī in exemplari Erasmico. Rogatus ab vtroq;: can-  
dide suscipit negocium dominus Ioannes Aten-  
sis. Meum librum tradidī. Erasmus in crastinum  
**Gr. censu-  
rā subter-  
fugere vt:  
detur.** suū se missurum pollicetur. Tandem diu expecta-  
tus affertur: sed tam iniqua conditione vt statim  
remitteretur. Nam prestituit: nisi mihi excidit:  
octauum diem: ultra quem carere libro non posset  
Atensis respondit: vix sufficiatos treis menses:  
vt excuterentur tot annotationes. Postea tamen  
ne tam pium negocium sic dilaberetur: significa-  
uit se non recusaturum prouinciam: si liber apud  
se esse posset vel duos menses: sed nec illos impe-  
travit. Ego certe quum dolerem sic retrocedere  
negociū: ne quo pacto deessem: moneo Erasmū:  
si vellet mihi vel duos dies permittere secundam  
æditionē: ita exploraturum me omnia: vt Aten-  
si nihil supereffret laboris: nisi vt censorem ageret:  
censuramq;: locis primum exploratis: posse per-  
agi paucis diebus. Postea monui illum: si secun-  
dam æditionem vellet mihi vel biduum commu-  
nicare: ostensurum me illi omnia capita mearum  
annotationum. Hoc tempus quanq; satis eratan-  
gustum ad conferendum tot locos: pacis tamē gra-  
tia: nihil non subijssem laborum. Librū bis polli-

citus est: nunq̄ tamen ad me misit: sed rescripsit  
ita se dies noctesq; opus accelerare: quum quen-  
dam nactus esset: qui intra quatriduum Basileam  
abiturus erat: vt libro carere non possit. Deerant  
enim adhuc secundæ æditioni præfatio & perora-  
tio: reliqua omnia excusa: priusq; ille e Basilea disce-  
deret. Addit etiam in suis ad me litéris. ( Quod  
agere destinaueram: al'as agetur per ocium). Ego  
iam quid facerem optime lector: postq; ille me re-  
iecerat ad suum ocium: nisi vt illud ocium expecta-  
rem. Certe iam res illius agebatur non mea. Inter-  
ea: dum hoc ocium expecto nihil suspicatus mali:  
ille me odiose notat: tum verbis: tum litéris per  
orbem sparsis: contra christianam charitatem:  
quum omnibus meum librum communicarem:  
vni tantum sibi negare: quo ne copiam haberet  
respondēdi. Q d̄bis falsum est. De altero: q; librū  
illi nunq̄ negauerim: iam satis antea dictum. Et  
hic non satis miror hominis impudentiam: qui in  
ficietur se quicq; vidisse mearum annotationum:  
quando apud me sunt responsiones quas fecit: ma-  
nu illius scriptæ. Si quis mihi non satis fidat: per  
me licet: quū volet: chartulas inspicere: modo no-  
scat manum. Id omnibus permitto periculo famæ  
meæ: vt explorent: si vel verbum a me demu-  
tatum sit: secusq; habet ipsum Erasmī authogra-  
phum. Porro alterum de libro omnibus com-  
municato: non minus falsum est. Nam ex Loua-  
niensib; theologis p̄ter atensem librū vidi nemo.

Er. Leo  
obtrectat  
p̄ ep̄las.

BB ij

Librū si-  
um paucj  
cōmunt-  
cauit.

Et ex Anglicanis: quo tempore hæc primū facta  
erant: ausim affirmare nę quidē duos vidisse. Con  
**L**ur tpm siliūm videbatur non meo tātū ingenio nitī. Scio  
**L.** nega me hominē esse: & iudicō labi posse. Sed q̄ il-  
**Eras.** le tantopere vrgebat: vt librum ipsum: aut ipsas  
meas schedas sibi permitterem: hoc æquus nemo  
petisset. Nam annotationes non in hoc collectæ  
sunt vt æderentur: sed vt ille monereſ tantū. At  
mihi liberum non fuisset: vel demutare quicq̄: vel  
addere: nec prohibere quo ne æderentur: si ille li-  
brum nactus fuisset. Proptereainiquus fuerit: qui  
me reprehendat: q̄ me & librum meū illius fidei  
**Er. p̄git** non commiserim. Sed ille pergit nihil non dicere:  
maledice: aut scribere: etiam nullo non loco & indiscrimi-  
natim apud omnes: quo mihi inuidiā faceret: etiā  
literis datis ad communes amicos in Anglia.  
Quotidie ad me perferebatur a non dubie fidei te-  
stibus: quid ille de me: nec vero de me solum: sed  
& in mei odium: de gente anglīa: & sentiret & di-  
ceret. Ego semper sperabam fore: vt aliquādo resi-  
pisceret: vel saltem patientia mea mitigaretur. Tā-  
tum ingenue tutatus sum meas partes: si quādo de  
hac re incideret sermo: nec tamen vnq̄ in homi-  
**Le. Eras.** nem exacū dentem. Interdū etiā de illo honoris-  
mici noīs ce locutus sum. Et illas literas quibus orbī cōmen-  
altq̄usq̄ datus est: semper in illo loco suspexi: ac admiratus  
sum. Testes sunt quibuscū interea versabar: nihil  
ex me audisse vnq̄ in illum: nisi quod ad hanc rem  
pertinet: vt calumnijs occurrerē: neq̄ vero id qui-  
dē: priusq̄ hic rumor passim oīm aures occupasset.

In hominem nihil quicq̄ temere effutiuī. Dum ru  
mor de hac re in Anglia increbesceret: reuerendus  
in Christo pater episcopus Roffensis: vir omnib⁹  
punctis ordine suo cum primis dignus: pro amo  
re quo me multos iam annos complectitur: graui  
ac paterna epistola dignatus est cōmonefacere: vt  
cum Erasmo redirem i gratiam. Ita sim beatus: vt  
gauisus sum oblatam hanc esse occasionem: me ci-  
tra notam eripiendi ab hoc tumultu. Nempe ea ra  
tio videbatur mihi commoda iuxta ac honorifica:  
vt parerē tanto pontifici: tam spectato omnibus  
modis patri. Nihil moror. Statim significaui  
Erasmo: permisurum me q̄ libertissime rem om  
nem iudicio reuerendi Roffensis. Is quum sit vtri  
usq̄ paterne amans: & tam sit omnifarie eruditus  
vt possit: tum etiam vt dignaretur hanc prouinciam  
presertim tam piam suscipere: nihil poteram dubi  
tare. Respōdit Erasmus id sibi fore gratissimum:  
sed certe labris tatum. Nam nihil iniquius audit:  
q̄ de censore. Id quod successus rei docebit: & ego  
ia tertio expertus sum. Arrepto tamē hoc respōso  
(nēpe libēter arripimus qđ placet: nec poterā dī  
uinare: q̄ homini mēs esset: nisi ex successu) misi li  
brū meū ad reuerendū Roffensem. Itaq̄ sperabā  
omne inter nos dissidium compositum iri. Et cer  
te ex animo videbar felix: q̄ sice sema multis mo  
lestijs liberatus. Nō pudet fateri: quiduis maluit:  
integro mihi hoc nomine: q̄ descendere cum illo  
in certamen. Multa prorsus dissuadebant. Primū  
opus per se tenue: inelaboratū: ac ieūnum: vt in

L. in Er.  
nunq̄ pro  
cax.

Leeo ū  
cordi fue  
rit exbor  
tatio reue  
rēdi Ros  
fensis ad  
pacem cū  
Erasmo.

L. consen  
tiente era  
ad reuerē  
dum Rof  
fensez seu  
cēsorem li  
bris mittit

L. quo  
noib⁹ dis  
suasum sit  
ce rtamen

dignum ipse iudicarem: quod in publicum ædere-  
tur: quippe quod non accedat ad iustā disputatio-  
nem: sed nudas ac simplices tantum complectitur  
annotatiōes. Nempe satis mihi videbatur: homi-  
nem paucis vel monere in quo ab illo dissentirem:  
vel proponere quid alius quispiā calumniari pos-  
sit: adiecta etiam mei iudicij breui quapiam ratiun-  
cula. Nam nec ipse omnia dāno: in quibus dissen-  
tio: sed tantum præsto illi occasionem calumnijs  
(si sic videbuntur) respondendi. Neq; tum cogita-  
re poteram: ad tantam tragœdiā rem euasuram.  
Alioqui (quantuli sunt) nostros intēdissimus for-  
tasne neruos: ac addidissimus seriores lucernas.  
Quin & compertum habebam: quantum esset pe-  
riculū: ad publicum orbis iudicij opus proferre.  
Deinde hæc infantia opposuit se: quæ nihil pote-  
rat exhibere dignum: istorum temporum tam ca-  
stis vbiq; auribus: quū multo sit elegātissima pars  
disputationis: apposite ac ornate expromere: quæ  
intus sapis. Quumq; contra: quicum mihi certan-  
dum foret: hoc nomine vel maxime orbi suspiciens  
dus sit: q; tenuem per se causam: multæ eloquentiæ  
viribus exornare possit. Deniq; terruit me tumul-  
tus: qui non posset non sequi: vt sunt istorum tem-  
porum ingenia. Nam hodie classicum cecinisse vi-  
detur: q; ingenue monet. Simulq; me auocauit dul-  
cissimorum studiorum cessatio. Demū: quod non  
mínimum apud me erat: quidam communes ami-  
cī videbantur egrē laturi hoc meum factum: præ-  
fertim re nondum plene intellecta: nisi quod per-

ferebatur ex Erasmi literis: a quo non satí sýnce-  
re narrari: fas est putare. Quis miratur: quum tam  
iustis rationibus dissuasum sit certamen: si ex ani-  
mo gaudebam: tam fœlicem noctus tollédi inter-  
nos dissidij occasionem. Sed sæpe deluditur sim-  
plicitas: sic anteab bis: sic iterū. Labris (vt dixi) gra-  
tumerat: cordi non erat. Hoc indicat successus.  
A Edidit apologeticā in domini Iacobi Latomi dia-  
logum: in qua quiddam amarulentius: nescio in  
quem expurcatum: iam passim omnibus i ore est:  
in meum caput esse contortum. Quid ut credam: **Cur Le.**  
q̄q multa me dehortantur: tum q̄ nihil quicq̄ eo-  
rum quę euomuit: agnoscam ad me pertinere: tum **non agno**  
q̄ nulla vñq̄ a me fuerit iuria laceſitus: partim q̄ **scat viru:**  
ibi nulla sit contra me occasio: qui de hoc dialogo **lētiā ī quē**  
domini Iacobi Latomi: vix qdē v̄ verbū adiuerim **dā ī apolo-**  
priusq̄ prostaret. Partim q̄ antea vtriusq̄ cōſensu: **gia ad v.**  
omnis inter nos causa: reuerendi patris Roffensis **Jaco. la.**  
arbitrio permittebatur. Sunt tamē qui dupli no- **In se fuisse**  
mine: iudicant illū non omnino carere culpa: tū q̄ **cōtortam.**  
præuiderit fore: vt oēs de me i terptaren̄: quādo **Erasmo**  
antea dissidium inter nos: omniū animos occupa- **qd pctī in**  
set: neq̄ alter quisq̄ esset: de quo tā opere: licet im- **leeu obis :**  
merito: apud omnes: & nullo nō loco querere: tū **ciāt qdā.**  
q̄ verbis meis a fratre meo germano monitus: hāc  
de me ferri interpretationē: rogat⁹: recusauerit me  
eximere ab hac nota: qd̄ breui apologia potuisset  
facile: vel alia quauis ratione: si illa sibi interpreta-  
tio displicuisset: imo grata nō fuisset. Sperabā hāc  
ab eo ciuitatē: cum multis de causis: tū præcipue

¶ iam pridem placuisse rem omnem ad reuerendum Roffensem referri. Et quod respōdit de me nō sensisse; sed de omnibus indiscriminatim: quod quipiam in se molirentur: mihi tamen perinde est: ac si nominatim me notasset: quando quae insedit in animis hominum suspitio: auelli nequeat: & iam consentaneum sit: eam interpretationem: ex multis postea ac vulgatissimis iniurijs: confirmatam esse. Neque tamen attinet ad me refellere: quod nulla ratione agnosco ad me pertinere. Liberabor ab hac criminazione omniū suffragijs qui me norūt. Etiā si incidat inimicus iudex: dum calor abest: nihil verebor. Tantum excipio illum ipsum: qui contra christianorū morū ciuitatē: si non in hac parte: in alijs tamen: quod palam est: tam malam vicē repēdit pro tam amico officio. Quod si de me sensit: quod non ausim dicere: pudet me nomine christiano: quod homo primū theologus: deinde monachus impudentissimis mēdacijs: ac infamatiōnibus: in fratri sui nomen debachatur: nihil de se male merit: quin vero: si incidat æquius iudex: non vulgariter bene merit. Neque tamen: si certum esset illū non esse in me expuisse hanc virulentiam: fas esse arbitror: retaliare ut christianus homo: doctus a Christo: criminantes non recriminari: & a Paulo: malū pro malo nō esse reddendum: conuitia retaliem conuitijs: nec odium odio: nec maleficium maleficio. Illi causam cōmitto: qui iubet remitti sibi vīcīdīctā: & ipse retribuet. Quin & orabo deū: ut det illi mētē saniorē: quo ne de quovis christiano hoīe: tā odiose scri

**Christia  
ni non ēē  
retalliare  
conuitta  
conuittijs.**

bat: etiam quantūuis male sentiat. Paulus monet  
maledicos non possessuros regnum dei. Ecclesia  
sancta docet: inanem esse salutis spem obtre-  
ctatori: nisi lesi fratris nomine restituto. Et quū  
scelus sit: in veris criminibus: sed occultis: etiam  
apud vnum tantum: & quidem clanculum: fratris  
famæ labem aspergere: q̄ graue est & vix resartī = Difficile  
obtrecta:  
tori resar-  
tire dānū  
fame pser-  
tim publiz-  
citus lese.  
endūm damnū: apud vniuersum orbem odioſiſſi-  
mis: ac mendacissimis criminacionibus: innocentem  
fratrem traducere! Sed hic modus esto. Impe-  
rabo mihi modestiam: ac patientiam. Ipſe iudica-  
bis optime lector: perlecto toto hoc libello: (quē  
nunc vrgeor: vt q̄dam: non tantum si velim mihi  
integrām esse hanc innocentiam: sed etiam si veli  
vitare periculum: & vite: cui sunt: qui alioqui insi-  
diantur: & conscientiæ) meliora me meritum esse  
de hoc homine. Sed redeo ad narrationem. Ro-  
gatus vt meum nomen liberaret ab illa interpreta-  
tione quæ ferebatur: non solum recusauit: sed &  
addidit gratissimū ſibi futurū: ſi meas ānotatiōes  
vellem ædere. Hic ego aliquādiu cunctatus: quid  
consilijs caperē: demū: q̄ ea ratio cōmodiſſima vide-  
batur: qua me aliquando eriperē ab hoc tumultu:  
librum paraui ad prelum: tradidi typographo.  
Iam characteres cōpositi erant pro prima forma:  
& nihil aberat: quin chartula traderetur prelo. L.librum  
tradidit  
typogra-  
pho.

Quid opus est multis verbis? Erasmus ipſe nego-  
ciū interturbauit: vel corrupto pecunia: vel minis  
territo typographo: ne ulterius audeat in hac re  
progredi. Præter indicia quę habeo certiſſima: ipſe  
Typogra-  
ph⁹ iſtag-  
te. E. op?  
reſicit e  
prelo.

CC

plane fassusest cuīdam: dicens iam se penitere fa-  
cti. Sic cogebat: frustra prīmū tentato altero typō  
grapho: (nam duo tantum Anduuerpiæ sunt: qui  
græcos characteres habent) re infecta redire do-  
mum. Postea redduntur mihi literæ ex Anglia a  
multis communib⁹ amicis: a reuerendo patre do-  
mino Roffense: a Coletto: a Paceo: a Moro. H̄i  
**L**eueus pa-  
p̄tib⁹ ami-  
corū hor-  
p̄tib⁹ cū  
**E**ra.  
oēs ad pacē vtrumq; nostrum hortatis sunt. Ego  
ret voluta nec adhuc illibenter parui voluntatibus: tantorū  
præsertim & tot amicorum. Reuocauī manum:  
tantū ad tantum id petui: vt reuerendus Roffensis digua-  
pacem cū retur causam capescere. Q uod pollicitus sum lite-  
ris: idem confirmauī verbis Paceo præsenti And-  
uuerpie. Nam is etiam tñnc pacis inter nos inter-  
cessor erat. Vix dimissus a Paceo iam Angliam cō-  
cessuro: Louanium redij: quum passim in omniū  
manib⁹ haberetur dialogus bilinguiū & trilinguiū

**L**e. odio: guiū: in quo me pene nominati greco vocabulo:  
fissime tā: ceu trium linguarum hostem/dētibus vnguibusq;  
bro bilin: lacerat: ac discerpit. Nec etiam pepercit homo nō  
guisi trili satis caudatus: vulgato illi: sed ridiculo caudarum  
guiſi: ceu triū lingua scommati in gente anglicam: meliora de ſe meri-  
rū hostis.  
**L**. phibit  
tā Ger.  
mania et  
**L**utecia.  
luti meæ consultū: ne vel Luteciam concederē: vel  
Germaniam: nam esse illīc qui meæ vitæ insidien-  
tur: nec alia ratione futurā pacem: niſi libro meo  
ædito. Quin & Erasmus ipſe me monuit per lite-  
ras esse qui mihi minent ac riora ſtilo: verbera in-

**E**r. ipse ve-  
luti sub  
aliena per

terptat<sup>2</sup>: quū a me corā iterrogare<sup>2</sup> quid sibi vellet sōa Leo  
verbera  
minatur.  
(actiora stilo). Quidā adiecerūt nō essem ihi tutū  
L. Ger.  
manis q̄;  
Louanij manere: si huc descēderet nobilis qdā &  
doct' iuuensis: q: nīsi me fallāt illi<sup>2</sup> ingenij specimi-  
na: quæ nunc orbis habet; probiore est q̄ vt tam gra-tū trību:  
at.  
uia moliatur: in virum nec sibi notum: nec vñq̄ de-  
se: aut devllo Germano male meritum. Nec diuer-  
sum sentio de cæteris Germanis. Si quidem con-  
sentaneum est putare: vt sunt omnium bonarum  
literarum principes: sic etiā esse honestatis ac pro-  
bitatis. Ego si: quid fecerim tot prouocatus iniu-  
rijs: cupias audire lector: semper sperabam melio-  
ra fore: vt mea patientia aliquando vinceretur. Fa-  
ctus sum cum propheta: velut homo non audiēs:  
Contempsi quę cotidie ad me perferebantur / per  
duos tresue menses: de conuitijs: de minis: de sy-  
cophatijs quorūdā in me Erasmeo<sup>2</sup>: quos qs aliđ  
credat: q̄ ab eo ipso fuisse incitatos. Nam mihi cū  
illis nulla prorsus erat consuetudo. Vñsum est mo-  
nere Erasmū: ne vñterius in me seuiret: nihil se offe-  
dentē: ne verbo quidē. Respōdit vt solet: sed etiā  
præstítit vt solet. Le. inf:  
matoris  
schedulis  
Haud ita multo post: quū nihil  
minus cogitarem: affixę sunt: vt seis lector: tem-  
plorum valuis: (quis dubitat illo authore) infama-  
toriæ schedulæ typis excusæ: in quib<sup>2</sup> ego noīatī  
sycophanticæ artis pfessor denunciabar. Accurre-  
bat (vt intellexi) ad bibliopolā p̄ hac arte. Sic ego  
quātū in eo erat: publicit<sup>2</sup> infamor: simplex lector  
qui in schedulas inciderat: dignā q̄ disceret artem  
ratus: ludibrio habe<sup>2</sup>. Qz si mala<sup>2</sup> artes discuntur:

vt euítentur quæ índe proueniunt mala:nam sy-  
cophanta sycophantā:& latro latronem proprius  
discernet: si voluisset sibi ipsi sumere hanc profes-  
sionem híc infamator: illo vno: nemo omnium co-  
piosius: aut accuratius: potuisset de hac re dicere.

**L. retor** Necego tamen deero tibi: si quid ad me pertineat  
to telo mo- net ex qb<sup>9</sup> de hac professione . Si quidem libros plerumq;  
latibulis enarramus: non nostros: sed alienos. Sic ego for-  
excuti po- te hanc professionem: non meipso: sed illo autho-  
sint sycop- phatica. re: suscepturus sum. Non frustrabor te spe tua:  
quod in me erit. Cōmonebo quid opus sit facto.  
Extat nouū testamētā bis iā ab eo versū: extant &  
in illud ānotatiōnes: etiā scđo emissae. Illic sagaci-  
ter adorare: sedulo venare: gnauiter explora: dili-  
genter excute latibula: & nisi sparsim sycophan-  
tica inueneris: sim ego tibi ppetuo sycophāta. Id  
vero quo cōmodi<sup>9</sup> ac facilius possis: vet<sup>9</sup> in hoc vi-  
uario venator: meam tibi operā impertio. Quæ  
nostris studijs deprehēdim<sup>9</sup>: ea tibi in man<sup>9</sup> tradi-  
mus. Porro qualia sint: tuum fuerit iudicium.  
Ego tantum commonistratoris officium mihi su-  
mo. Tuæ partes fuerint lector: vt æquus sis: ac  
gratus: boni consulens: etiam si quid vspiam allu-  
cinati fuerimus. Errare præ inscitia potuimus: fal-  
lere te de idustria: nullo pacto voluim<sup>9</sup>. Si quid ex  
nostris laboribus profeceris: deo sint gratię: nos  
tantum officio functi sumus. Iam quoniam sunt:  
qui mihi multa obiisciunt: his respondendū cēleo.  
Mīrum(inquiunt) cur audeas grassari in opus pō-  
tifici: & omnibus ferme doctis probatum. Vide-

Rint qui id dicunt: an hoc verum sit. Ego: non mea  
sponte: sed rogatus: authorem commonui: nec in  
vniversum opus inuehor. Annotatiōes nec vſque  
quaç probo: nec vſcq̄ quaç damno. Meum iſti-  
tutum non est: reiſcere quod bene dixit. Græcum  
hoc exemplar: quod palam est esse adulteratū: nec  
raro: quum & necessarijs aliquod fidei careat testi-  
monijs: non' est cur christianus homo probem: qn  
quantulum est: meo iudicio prorsus damno: nec  
tamē præiudico alijs: si fecus sentiat. Viderint ec-  
clesiæ pceres quorū interest. Si ecclesia pbat opus:  
ipse etiam obuijs manib⁹ suscipio ac veneror. Si  
pontifex gratum tantummodo habet opus: forte:  
re plenius perspecta: mutabit sententiā. Porro an  
omnes ferme docti iudicio pbauerint: hoc vt mi-  
hi nō constat: ita nō credo. Scio esse q̄ aperto ore:  
illi reclamēt. Et tñ: aliud est opinione ferri: opus  
q̄ estimare ab existimatione authoris: q̄ iudicio p-  
bare. Vt accederet iudicium: opus fuerat in librū  
penetrare: nec obiter: nec indulgenter: & singulos  
locos velut minutatim discutere. Sed qui mirātur  
me esse ausum: minus forte mirabuntur: perlecto  
libro. Legant primum equis supercilijs: deinde iu-  
dicium ferant. Ingenui fateor me græce parum sci-  
re(nam id quidam obiciunt) sed non tam parum:  
quín quantum mihi sumo: iudicare fas sit. Plerūq;  
nihil aliud noto: q̄ hæc verba haberí: vel non habe-  
rí in exemplari Erasmico. Erasmicū exemplar ap-  
pello: quode regione lectionis latinæ oppositum  
est. Hoc quātulum est iudicij: non pudet me arro-

L. nō vſq;  
quaç dā  
nat anno  
tationes  
erasmi.  
L. grecuſ  
exemplar  
Erasmi  
nō probat

Quid sit  
iudicio p  
bare op?

Leus pa-  
rū sibi su-  
mit in gre-  
cis literis

Quātum gare mihi: quū nihil prope sit. Sed hic perconcta-  
vtrinq; sit periculi si bor Erasmus: quū secus græce habeat in aliquot  
ue arbitra locis secunda aeditio: q̄ prima: arbitratu ne suo: an  
tu suo: siue aliud secutus exemplar: locos demutauerit? Si suo  
t̄ exemplar arbitratu: nescio an christianæ aures id ferre pos-  
Era. quos dā locos sint: vt hominis arbitrio sacræ literæ muten̄. Sīn  
demutaue alius secutus exemplar: sic: si decem sint exempla-  
rit i poste: ria: licebit si volet: totidē nobis diuersa dare euāge-  
tiose edi: lia. Sī diuerso vsus exēplari: diuersam in secūda de-  
cus babē: dit lectionē: quo pacto fidē afferet sc̄dē: quā nō p-  
te priore. stitisse in prima: ipsa secūda testa. Sed & vtraq; iā  
dubię fidei erit: vt nō sit p̄clue iudicare: quā cui p-  
feras. Qz si tertia posthac pdibit: tertio exemplari  
innixa: & illa etiā ex equo cū vtraq; priore: fidē si-  
Leei insti- bi vēdicabit. Sed adhuc qdā obstreput. Cur aedis  
tuto nihil obesse: et si oia p̄oris annotationes in priorē aeditio: quū secunda iam  
editionis vitta sint emēdata i palissim in omniū manib; habeatur? Si prior aedi-  
posteriorē tio non esset in orbē sparsa: aut repeti posset a pos-  
fessoribus: vt irrīta haberetur: nihil opus foret er-  
rata illius annotari. Sed quum iam orbis habeat il-  
lius aeditio exemplaria: nec p̄emantur: cur p̄e-  
mi debent errata illorum: si vel a me p̄o: vel ab alio  
quopiā studio deprehensa fuerint? Cur librū re-  
tractationū edidit Augustin?: nisi q̄ librī illi⁹ emā  
nib⁹ hoīm reuocari minime potuerint? nec tamē  
tam late sparsi: q̄ tū proclue nō fuerat: quū praeli-  
nullus esset vsus: exēplaria propagari. Alioqui sa-  
Operepre- tis illi fuisset: denuo recognitis librīs: omissis erra-  
tiū ee indi- tis: castigata aedere exēplaria. Si hoc imitatus exē-  
cē addi p̄: plū beatissimi patris: Erasmus indicē erratorū fe-  
ori editioi

**Quātum**  
**obsit elo-**  
**quētia nī-**  
**si qs ea de-**  
**xtrē yta.**

cisset: quo lector premonitus esset: ne incideret in laqueū: nec sua castigatione opus fuisset: nec sane nostris annotationibus. Certe satīs nō est emēdat se in secūda editiōe: q̄ nō cuiusvis sit: personata p̄sertim tāto fuco: explorare errata. Quin etiā: si leuis id negocij foret: nō oēs tamē arbitrandū est posteriore editionē habituros: qui priorē habēt. Sed neq; his qui vtrāq; habēt: ingratū esse debet: si de erratis in priore moneant̄: quo cautius gradiātur in posteriore. Forte premonitus a me lector: trepidantius ponet pedē: nec protinus verum putabit: quicquid sub maiestate sermonis: veri speciē: vultūq; p̄feret: ac ostentabit. Scio multū pdesse ad rē elucidādā mūdiciē: & ornatū: sed multo plus obesse: & quasi præstigiosam rē esse eloquētiā: si q̄ ea sinistre: ac veluti i veritatis pniciē: vta. Cæterū vt obstreperis his pl̄ satis faciam⁹: qn vero in tuā magis vtilitatē benigne lector: addidim⁹ & in secūdā editionē nostras annotationes: e q̄b⁹ cognoscere liceat: qd emēdatū sit i priore: qd mutatū mitigatū ve: qd maneat: & demū: si qd noui obit occurrerit Preposuimusq; priori libro indicē: quo poteris: si forte legēdi te tēdiū cooperit: breui quopiā tēpusculo: annotamētorū oīm capita succinctim cōplessti. Secūdo libro nō adeo opus fuerit addi indiculū: q̄ paucē sunt in eo nouē annotationes: & q̄ reliquēsūt p̄ter nouas: ad prioris libri idicē p̄tineant: Sūt etiā q̄ p̄postere facere me iudicāt: q̄ quū nullū meū opus antea emiserim: ceu pro prima ingenij mei foetura: tam curiosus in opus alienum ferar.

Mec teme Id scilicet in me damnat: quod mihi commune est  
re nec sine exēplo fa- cum cæteris: nec his quidem plebeis. Ioannes ille  
ctū a leeo: cognomento quem diligebat Iesu: quod piaculū  
q̄ p̄ p̄ma īgenij fe- commisit: qui rogatus ab Asiq̄ episcopis: primum  
tura: op̄ alienis ta- opus euāgeliū scripsit aduersus Cerinthū: alios q̄  
gat. hæreticos & maxime contra Ebionitarū dogma:

qui assuerunt Christum ante Mariam nō fuisse.  
Aut qd peccauerūt Quadratus: Aristides: Theo-  
pilus: Apollinarius: alijsq̄ multi: quorum nomi-  
na habet catalogus Hieronymianus de viris illu-  
stribus: q̄ aduersus hæreticos: & hæreses tunc insur-  
gentes: prima præstiterint fidei sua monumenta:  
Quis Augustino vītio vertisset: si prima sua ope-  
ra contra Manicheos: Arrhianos: & Pelagianos  
fecisset: aut Hieronymo: si aduersus Iouinianum  
& Eluidium: aut Origeni si contra Celsum? Si  
Christus moneat omnem plantationē: quam nō  
plantauit pater suus: eradicandam: & in ignē mit-  
tendam: nihil videtur absurdum: si eradicemus pri-  
mum: & exherbemus inutiles hærbas: deinde: si sic  
datū fuerit desuper: plantemus. Ego maius quid-  
dā puto: & deo acceptius: si quis tamen id præstare  
possit: asseruisse sacram scripturam a calumnijs: &  
restituisse: si quid temere ademptū sit: aut resecui-  
se: si quid male additum: q̄ nouos commentarios  
etiam in euangelia mundo dedisse. Ibī laborandū  
est: vbi maius imminet periculū. Vt quid cūdimus  
noua: si vetera contemnimus? Qualem gratiam  
meretura ciuibus: qui flagrante incendio tota vr-  
be: nouæ domus cōpagem erigit: Musica in luctu

ímpoṛtuna. Iam periculū vrget; & nos aliud q̄ de  
vitando periculo cogitamus. Iam sunt q̄ me corni  
culam vocant: venditantē se alienis plumis: quasi  
non nostro marte deprehensa sint quę annotam<sup>9</sup>:  
sed aliorum industria. Itaq̄ tirannidē mihi quan- Lee<sup>9</sup> non  
dam exprobrant: qui inuaferi aliena: quæ ceu mea  
vsurpem. His vti incubbit: vt vel vnum talem lo- agnoscit  
cum pungant: quo me furti reum faciant: ita etiā alienas  
authoribus/ si qui a me iniuria hoc nomine affecti  
fuerint: licet suas singulis plumas repetere: vt ego  
nudus algeam: & frigidus sac inglorius moriar.  
Certe nō puto tanti estimata iri doctis nostra: vt  
magni pensuri sint: si illis totam hanc gloriam:  
(si quę sit nostrarū annotationū) concederem<sup>9</sup>. Vt  
de me ingenue fatear: puderet nostra esse fateri: ni  
sic vrgemur: quando quod nosemittim<sup>9</sup>: alius  
nemo sit vēdūcaturus. Non inficio r̄vidisse me ali-  
quot annotationes Martini Dorpij: quinq̄ forte  
aut sex. aliquot etiā & totidem Ioannis Eckij:  
sed quæ ad man<sup>9</sup> nostras peruenierunt: postq̄ prior  
noster liber vt cumq̄ perfectus erat: & iam in An-  
glia haberetur. Sed q̄ hī aliquot eadem loca anno-  
tauerunt: quæ nos annotauimus: id certe muni-  
mento nobis fuerit: q̄ tam docti viri nobiscum cō-  
sentiant. Imo nihil magis cuperemus: q̄ vt quæ  
cunq̄ annotauimus: alij etiā docti annotassent.  
Nam nihil noui/si eadē de re in eandem prorsus  
sententiam multī incident. Quid si etiam eorum  
rationes authoritates ue usurpassem: num id mihi  
vicio vertendum: quando maiores nostros idem

DD

sæpe fecisse compertum est: Et tamen nihil agnoscere ex Dorpianis aut Eckianis annotationibus a nobis mendicatum mutuatumque. Quod si hi dignabuntur quicquid sibi e nostris vendicare: tantum abest ut repugnat urbis simus: ut etiam nobis non nihil tributum arbitraturi simus: quod doctissimi viri digna iudicauerint: quem ab se vendicentur. Preter hos: nihil adhuc quicquid intellecti ab alio quopiam annotatum. Et quod (inquit) si aliquoties errauit: ciuiliter erat dissimulare: & pro bene dictis gratiam agere. Etego certe quae bene dixit libet amplector. Verum quid dicas: si plus obfuerit una annotatione:

**M**o<sup>e</sup>dis. quod multis profuerit: Num hic ciuile putas dissimilandum: mulare: quando in ecclesiæ pernitiem res vergit: quod in ecclesiæ Nescis quod sumus propensi ad nouam: Et quænam ea ci<sup>r</sup>res vergit uilitas est: ut sciens & prudens patiare prophanata ab haereticis exemplaria in ecclesiæ simu<sup>m</sup> obrepere: Nec mihi tantum scelus est: quod errauit: humanum est labi. Lapsus est & Augustinus tam sanctus tam doctus: sed nihil illum puduit: libro edito multa retractare. Et quis autem recentioribus aut veteribus non aliquid lapsus est? Porro hoc vitio datur: si quis

**R**etractatio errato: rū fidē cō: ciliat au: thori: defē: fio abro: gat.

monitus lapsum non agnoscat. Nec aliud quicquid magis abrogat fidem authoris: quod errata defendere: ut nihil magis conciliat: quod agnoscere: ac emendare. Vel hoc uno nomine: quod recantauit quædam: plus debet ecclesia Augustino: quod tot insignia volumina edidit. Si quidem fidem fecit idem voluisse se prestare in cæteris: si male habuissent. Itaque retractando quædam: cætera iudicio suo visus est com-

probasse. Hæc habui optime lector: quæ quibus  
dam calumniatoribus meis responderem. Iam qđ  
reliquum fuerit: tuum candorem q̄ possum impe-  
fissime iterum: atq̄ iterum precor: vt æqui boniç  
consulas: benigneç interpreteris. Nihil prorsus L. lectors  
iudicio  
oia pmit-  
tit.  
affirmabo: vt omnia donem tuo iudicio. Nec sicut  
bí lapsus ero: (scio enim q̄ sit exigua hęc cęruditio)  
grauatim auditurus sum aliorum cęsuram: modo  
nesint in hoc albo: duæ mihi maximæ suspectæ li-  
terariæ pestes (vt inquit Policianus) inscritia & in-  
uidia: & quam ego tertiam adiungo adulatio. Si  
lapsus videbor monitus auscultabo: & agnito er-  
rato: christiane profiteor me recanturum: vt ne  
ecclesia ex meo lapsu scandalum patiatur. Minus L. si quid  
lapsus vi-  
debis mo-  
nit⁹ inge-  
nue recan-  
tabit.  
latini sermonis: qui hac tempestate vitio datur: &  
hic toties deprehendetur: crimen non deprecor:  
quum in ea re nihil mihi vñq̄ arrogauerim. Vñ le-  
ctionis vt cumq̄ comparaui mihi: vt balbutire pos-  
sim quod sentio: & id mihi quidem satis est. Non  
defuturos tamen scio: qui barbarismos: & solœcismos:  
& cætera grāmaticorū portenta sedulo expi-  
scabuntur. Egregia vero his ea laus fuerit: mihi ex  
probrare grammatica disputanti de theologicis.  
Exibilatur qui pro tribunali agunt extra causam. Errare q̄  
fide⁹ fimo-  
nis metu-  
tur ex ora-  
tionis cul-  
tu.  
Sed his sermonis fidem ex orationis cultu metiuntur: quasi vero nō sit simplicissimus sermo sacrarū  
literarum. Et quivñq̄ pernitosius errauerūt: q̄ q̄  
eloquentissimi fuerunt. Gr̄ecorum sapientia quā-  
tum exorbitauit a recto? Lactantius firmianus ad  
mirabilivir eloquentia: q̄ foede & q̄ sepe in sacro-

rum disputationibus dilirauit? Sed tu equus sis  
candidē lector. Extra harenā nō pugnabo. Non  
est mihi cūm grammaticis certamen: tractent fa-

**L**e. mode  
**stia** polli: decretā de industria desertur<sup>9</sup> sum. A gā modeste-  
cet: sī li:  
bertatē pe  
tit sibi cō  
ne libertate agi nō pōt. Nescio an videbor nimiū  
donari.

mihi tēperasse qbusdā locis: sed sic mihi vīsum est  
decere christianā modestiā. Mihi cōtra sunt: q mī-  
nan̄ fulmina: actioni trua: expecto tamē meliora.  
Si disputationē ipsam tractabunt: mihi lucro fue-  
rit si docebor: sīn conuijs & maledicentia in me  
grassabuntur: illis hoc damno fuerit: non mihi.  
Quin vero dabo operam: vt christiano pectore  
id feram. Et quantum patietur christiana charitas  
vt lugeam insanientem fratrem: illorum insaniam  
ridebo: nec vero sic quicq̄ profecerint. Nihil mihi  
timeo a probis & doctis. Sī: qui cum bonis literis  
probitatē & virtutem non coniunxerunt: in me  
furijs debachantur: ingenij eorum specimen erit  
opus insanum. Spero fore: vt is quē hac factione  
putabunt se demererū: non sit immemor futurus:  
cuius tam saepē meminit: christianæ modestiæ. Si  
non vt mihi parcat: tamen vt suo honore cōsulat.  
Qz si maledicendi studio obfirma<sup>9</sup>: perget adhuc  
me lacerare: tuæ prudentiæ fuerit benigne lector:  
nullā fidē p̄bere odio: sed de me nihil deterius sen-  
tire: q̄ si laudasset. Valete Louanij. IIII. Cal. Ian.

Index quo dīnoscī potest: cui<sup>9</sup> generis sint an-  
notatiōes: & quo quidq<sup>8</sup> loco inueniri queat.



Itat græce sīc esse: quum sic nō sit in  
exemplari suo. Annotationibus.  
xxij. xxiiij. xxiiij. xxv. xxvj. xxxiiij.  
xlj. lviij. lxv. lxxxij. lxxxv. xcij. xc-  
vj. xcviij. cxxv.

Citat sic non esse græce: quum sic sit in exemplari  
suo: Annotationibus. xxix. &. cxxj. vbi oportere  
sic esse sicut codices nostri habēt: locus ip̄e pbat.

Notat male habere lectionem ecclesiasticam: & te  
mere (vt videtur) mutat: quum diuersa sint exēpla-  
ria: & ex his vnū astipuletur lectioni ecclesiasticæ  
Annotatione. cxv.

Ecclesiasticā lectionē temere mutat: quū grēcū nō  
patiatur: etiam cū iniuria sensus. Anno. cxiiij.

Ex græco ecclesiasticam lectionem mutat: quū nō  
tam bene quadret grēcū: velsicēse non possit: etiā  
si grēcis sic placet. Anno. l. liij. clxxxj. ccxxxv.

Quiddam haberī in omnībus grēcis exemplarib<sup>9</sup>  
istius tempestatis: secus q̄ ecclesia Romana legit:  
quod nullus veterum interpretum: nec græcorum  
nec latīnorū interpretatur: vt & ip̄e fatetur: quū  
lectionem nostram interpretentur: quod ip̄e pro  
bo ex veterum cōmentarijs. Annotatione. xxx.

Lectionē ecclesiasticam temere mutat: quum ver-  
bum græcum sit anceps: & nostra lectio commo-  
dior. Annotationibus. lv. cv.

Ex græco addit verba antiquæ lectioni: quæ illie

nō oportere esse: satis apparet: parti ex cōmētarijs  
veterū: partim ex ipsiō loci cōtextu. An. viij. liij.  
Nixus grēcis exēplarib⁹: alīquoties verbū detra  
hit: qđ ecclīastica lectio habet: qđq̄ ēt interdū plu  
rimū momēti p̄fert: necnō aliquoties: repugnāte  
veterū īterptatione. Annot. xiij. xv. ciij. ccxxxv.  
vb⁹ sensus perit: deleto verbo non.

Fatetur de suo addidisse: quod nec grēcum habet:  
nec vetus æditio: & id quidem cum dāmno sensus  
vt ego iudicō. Anno. cxciij. audīo itētō An. viij.  
Ex grēco lectionē mutat: cū qua veteres īueniō cō  
tētos: etiā īterdū ī cōmētarijs: sic īterptatos. An  
no. ix. xi. xix. xx. xxxii. xl. lxii. lxiii. lxxxiii. cii. cvi  
clxxxii. clxxxv. clxxxvi. clxxxix. cxcv. cxcvii. clxvii.  
clxviii. clxxv. clxxvi. clxxvii. clxxviii. clxxix. clii.  
cli. clv. clvi. clix. clxv. clxvi. cvii. cviii. cix. cxv. cxlij  
cxlii. cci. ccvi. ccvii. ccviij. ccx. ccvii. ccix. ccxxv.  
ccxxvi. ccxxvii. ccxxviii. ccxxix. ccxxxiiii.

Latīna nō respōdēt grēcis: in trāslatiōe. Anno. I.  
Ivi. lxvii. lxix. lxxxvii. c. cxvii. cxxii.

Vacillātius q̄ parest: vide ē mihi sentire de sacramē  
to matrīmoniū. Anno. clxxxvii. Itidē & de matri  
moniū īndissolubili nexu. Annotatione. xiij.

Fundamētū dogmatis ecclesiastici de peccato ori  
gīnis: & ex apostolo desūptū vtcūq̄ conātū alio de  
torquere: id qđ conati sunt Pelagianī contrasen  
tētiā veterū: nec sine calumnia. Anno. cxli.

Sacrē scripturā nō satīs cōmoda īterptatio: vt mi  
hi vide ē. Anno. iiij. xvij. xxxij. lxj. lxxix. lxxxvij.  
xcvij. cij. cxxxv. clxiiij. cxciij. ccij. cciij. ccxv. ccvij.

ccxxxvij. ccxlj.  
Theologos modernos veluti cōtēptī sape noiat:  
& neotericos quos vocāt: prors⁹ vilipēdit. Anno.  
xlvij. cxxxvj. cxciij. ccix. ccxiij. ccxxiiij.

Interp̄tē veteris editiōis nō raro: nec sine dēte taxat  
interdū iniq: interdū acerbi⁹ q̄ mereſ. Anno. lij.  
lvj. lxxvj. lxxx. lxxxj. xc. xcix. cxxviij.

Conatur elicere hēresim ex loco vt ille putat male  
reddito ab īterp̄te: sed fruſtravt mihi videt. A. xvij  
Augusti. mordet. an. cxij. carpit. an. lxxiiij. xcij.  
Liranū & hūiles cōmētarios īcessit: & qđē īmerito  
plerūq;. Anno. clxxij. ccxiij. cxxxix.

Dicit sic ēſſe apud authores: quū ſic nō ſit. Anno.  
ij. vi. lxxix.

Dicit ſic nō ēſſe apud authores: quū ſic ſit. Anno.  
iij. xiii. xv.

Quę mihi vident̄ hēresim Arrhianā ſapere. An.  
lxxii. xcii. clxii. clxxxiiij. cxciiij.

Oblīque ecclesiā notat: q̄ ſuscepérīt epiftolas ad  
hebr̄eos: quiſ dicit ſapere orígenicū. An. ccxviiij.  
ſemel manifeſte adimere ſpē lapsis. Anno. ccxiij  
Lapsus. Anno. lxj. xciiij. cxvij. cxxx. clx. clxxxiiij  
Paulo q̄ par est petulāti⁹ qddā ab eo dīctū de Chri  
ſto. Anno. xlvi. & de ſalutifero nūcio. An. xxxii.

Innuīt euangelistas potuiffle memoria labi: forte  
emendauit: censū tamen notandum: quia non vi  
quequaq; mihi responsio illius ſatisfacit. An. xvi.  
Notate euangelistam: aliquanto coacti⁹ adduxiſſe  
authoritatē ex Eſaia. Anno. v.

Mendicitatem carpit. Annotatione. xxxiiij.

Carpit nomen fraternitatis: quo: vt mihi videtur:  
pie glorian̄ quos vocant fratres. Anno. clxxiii.  
Affirmat Orthodoxos quædam addidisse i sacris  
litteris: ad refellendos hæreticos: hoc est mendatio  
hæresim sustulisse. Forte castigauit. Respōsio ta-  
men non placet. Anno. cxcix.

Dicit: si resurrectio mortuorum qui Christo con-  
surrexerunt proprie pertinuisse ad diuinitatem  
Christi comprobandum: probabile esse: non hoc  
cæteros euangelistas fuisse omissores: quod mihi  
videtur non satis probabiliter: imo periculose dī-  
ctum. Annotatione. cxxxvii.

Mortuos qui surrexerūt post resurrectionē Chri-  
stī: authore Mattheo dicit fuisse præcursorès resur-  
rectionis Christi. Annotatione. cxxxviii.

Innuuit coitum coniugalem esse turpem: ac sordi-  
dum: quæ erat Marcianistarum hæresis. An. xx.

Non fuisse sati attentum in Hieronymianis cō-  
mētariis castigādis indicant. Anno. ii. xiii.

Citat quidā ex Chrysostomo: titulo nō ab resusce-  
pto. Anno. vi.

Dubitat an Ioseph & Maria fuerit de eadē tribu:  
quod videtur mihi dubitare: an Christus fuerit de  
tribu Iuda. Anno. ix.

Christū fuisse de alia gēte: nescio cur iterptā ad he-  
breos qđā loco: & p̄eo qđ nos habem⁹: de alia tri-  
bu: de q̄ nullus altario presto fuit. Anno. ccxiiii.

Affirmat fr̄es nō dici Iudeis nisi q̄ funteiusdē tri-  
bus: & eiusdē familię: qđ falsum est. Anno. vii.

Marcum dicit nihil aliud scripsisse: q̄ Matthæi cō

pendium. Annotatione. xxij.  
Deprauatores esse codices grēcos q̄ latīnos: īdū  
cāt Annotatiōes. xxxj. cxxj. cxxvij. cxxxiiij. cxxx=  
iiij. ccīii. ccv. ccxi. ccxiij.

Affīmat Nathan: per quē genealogiæ Christia-  
næ seriē Lucas deducit: fuisse filiū Dauid: Hiero-  
nymo. post hāc rē diligētissime perscrutatā: apte:  
nec vno tātū loco: cōtradicēte. Annotatio. xxxv.  
Dicit posteritatem Solomonis: defecisse i Ocho-  
zia: quod non videt. Anno. xxxvii.

Aīt Ioas nō fuisse filiū Ochozię natura: repugnā  
te (vt mihi vide) scriptura. An. xxxviii.

Elich i Lucę Genealogia: eūdē fuisse cū Ioahī p̄re  
Marię: qđ illic video mihi refellere. An. xxxix.

Lucā christianę genealogiæ naturalē seriē secutū  
eē: nō legalē: si qđ ad Christū respicias: sin ad Io-  
seph referas: contra. Ethoc video mihi refellere.  
Annotatione. xl.

Somniū nīsi ego admodū allucinor de iure Ahesa-  
rim: ex fermēto iudaico: turbās potius: q̄ explicās  
genealogiā Christi. Anno. xlīi.

Nathan fuisse ahisar. i. regie stirpis instauratorē:  
nō vide mihi satis colligere. Anno. xlīi.

Terrā tribus Beniamīn pertinuit lead Ahesarim:  
q̄ vt ille ait: erāt de tribu Iuda: video forte ex sa-  
cris literis satis cōfutasse. Annotatione. xlīii.

Nasus. xiij. xlviij. cl.

Appellationi dei: qñ patrē innuīt: addi articulū:  
quādo filiū: nō addi: exēplis ex scriptura petitis:  
video mihi confutasse: nec mihi bene sapit illa tra-

ditio tam absoluta. Anno. lxx. cx. cxi.  
Dicit verbū esse particeps diuinæ essentiæ: qđ mī-  
hī videtur non satis theologicū: ne dicā minus ca-  
tholicum. Annotatione. lxxi.  
Innuit quiddā esse hæreticū authore Chrysosto-  
mo: qđ ipse Chrysostomus sic legit: vt nos legim⁹.  
Sicetiā Hieronymus. Annotatione. lxxii.  
Emphasis articulī græci non videtur mihi vsque-  
quaq; certa. Annotationibus. lxxv. lxxviii.  
Dicit cum verbo pugnare appellationē principiī.  
annotatione. lxxii.  
Verbū nō esse absolute prīcipiū. Annotatione. xcii.  
Mutat lectionē quā Hierony. puocat⁹ noluit mu-  
tare: ne īterturbaret cōsuetudinē ecclīę. An. cvii.  
In Christum non competere nomē serui: nec pue-  
rum fuisse: quum afferret salutē: vtrūq; videor ostē-  
dere falsum: ex sacrīs literis. Anno. cxviii.  
Grēcis deesse integros versus: quos nostri codices  
habent. Anno. cxx. cxxvi. cxxxii. cxxxiiii.  
Taxat vītium sermonis sacri: quem ego puto fui-  
sse sermonem sp̄iritus sancti. Anno. cxxii.  
Dicit probabilius esse: apostolos sua lingua locu-  
tos: ab omnībus fuisse intellectos: quod forte vide-  
bore explosisse. Anno. cxxii.  
Dubitata tempus fuerit explicandi nominis Ie-  
su: quum iam primum Paulus in opus ministerii  
segregatus esset. At fuisse tēpus videtur mihi scri-  
ptura satis aperte dicere. Anno. cxxiiii.  
Dicit Iacobū existimasse seruādā esse Iudæis legē  
mosaīcā. Ego in hac parte dissentio. Anno. cxxx.

**D**e prædestinatione quiddam nō satis theologice  
Annotatione. cxxxii.

**V**idetur mihi non satis excusare Paulum a menda  
cicio: quum id conetur. Annota. cxxxii.

**P**utat nihil attinere: ut fructus spūs numerentur: quia  
non numerentur opera carnis. Anno. cxl.

**H**ieronymum malle admittere vitium sermonis:  
q̄ sensum scripture non integre exprimere patet.  
annotatione. cxliii.

**D**eesse græcis codicibus: quod nostri habet & græ  
ci interpretantur. Anno. cxlv. ccv. ccxi. cxxii.

**E**x latinis exemplaribus addit græcis. Annota  
tionibus. cxxxiiii. ccxliii.

**O**rigeni quiddam imponit dictum in commenta  
rijs in epistolam ad Romanos: qđ illīc nec dicit  
nec sentit: sed plane contra. Anno. cxlv.

**Q**uædam esse in græcis codicibus: quę nec nostra  
habent: nec græci interpretantur. Annotationib⁹.  
cxlviii. cliiii. clvii. cciiii.

**H**ieronymus sicuti nō veritati: ita nec consuetudi  
ni lectiois ecclesiasticę vult præjudicare: dūmodo  
conuenit ædificationi. Anno. cl.

**H**ieronymus authoritatı græcorum non acquie  
scit quorum mendacia: ac perfidiam detestatur.  
annotatione. xxxij.

**G**ræcorū exemplariorū diuersitas patet. An. cli.  
& in oībus locis qui sunt in primo titulo indicis.

**T**estatur Ambrosium: i Deuteronomio scriptū:  
ut plagiis triginta nouem emendarētur: qui com  
meruisserunt: quum in nostra translatione: & in he-

braico sit quadraginta. Annotatione. clxxiiii.  
Videtur putare non dici mēdaciūm; nisi quod ore  
committitur. Annotatione. clxxx.

Effici nos fratres: non filios Iesū Christi per adop-  
tionē: sed tātum dei patris: mihi sapit Arrihiani  
cum. Annotatione. clxxxiii.

Qui proxime praecedente annotatione fatetur de  
suo se addidisse (patri): miratur verbū (diuinitatis)  
additum: quod nec græcum habet: nec ullus inter  
pres. Itaq; se percutit gladio suo. Anno. cxciii.

Cuiusdam dogmatis ecclesiastici: theologorū ve-  
terum diligentia eruti everbis Pauli: quod tamen  
suo more ridet: causam conat' reddere: seu ex Neo  
thericorum penu depromptam: eam affert quam  
theologorum schola semp explosit. Et hic quidē  
est aperta calunia. Annotatione. ccxxiiii.

Videtur mihi periclitari: an mulieres virum semel  
defunctum: denuo resuscitatum teneantur recipi-  
re. Annotatione. ccxxiii.

Periphrasis turbās ordinē sermōis. An. ccxxxvii.  
Verbum esse absolute principium locus ex Apo-  
calipsi docet: si articulus græcus tantam vim habet  
quantam ille putat. Annotatione. ccxl.

Infine apocalipseos: fatetur græcis codicibus ad-  
didisse se quædam ex latinis: quæ in græcis non in-  
ueniebantur: sicq; vtrumq; ex altero reducit: &  
latinum ex græco: & græcum ex latino. Annotatione.  
ccxliii.

F I N I S.

1519

# ANNOTA-


tiones Edouardi Leei in Annota-

tiones noui testamenti Desiderij

Erasmi.

# CVM GRA

tia & priuilegio.



EDOVARDO LEEVS DESIDE  
RIO ERASMO SALVTEM.

**E**N nūc demū habes Desideri Erasme: nostra  
rū annotationū librū: quē tantopere efflagi-  
tasti: opus spero cum primis tibi gratū: & iucun-  
dum: si non q̄ nostrum sit: tamen q̄ tuo nomine  
nuncupatū. & te annum iam totum hortāte emis-  
sum: vel forte eo potius nomine q̄ inde orbī no-  
stra prodetur ignorantia: quam tu nullis non mo-  
dis studes propagari: vt omnes cognoscant me ta-  
lem esse: qualem tu pingis. Mihi vero quicquid  
euenerit: nec male: nec infeliciter cadet. Nulla est  
sortis iactura quam non expecto. Vale

# ANNOTATIO

nes Edouardi Leei in Annotatiōes priō  
ris ęditionis noui testamenti Desiderij  
Erasmi.

Annotationes in Matthæum.

## Annotatio.I.

### CHRISTI GENERATIO Mat.j.



erat: Operę premium censeo in vesti-  
bulo operis huc citare: quod memi-  
ni abs te dictum quadā annotatio-  
ne in secundę ad Corinthios caput  
quartum: ibi (super mortificatione  
Iesu Christi) Postq̄ græca testatus es: latinis exem-  
plaribus: deesse (domini) Sed (inqs) obstrepet alii  
quis: quid hæc faciunt ad sensum: an sit domini Ie-  
su: aut Iesu Christi: ac statim non minus Christia-  
ne q̄ vere respondes arbitrari te nefas esse in diui-  
nis literis: si vel vnum apicē sciens: ac volens: quis  
mutet. Huius ergo neglectæ legis liceat mihi te  
reum peragere: quoties aliquid abs te additū adē-  
ptum ve inuenero. Id enim cum primis æquum vt  
tuam ipsius legem feras: sed nec tuam tantum: im-  
mo ecclesię: quę etiam decernit: tū in Deuterono-  
mio: tum in Apocalypsi: in diuinis literis nihil  
quicq̄ mutandum: nec quidem ab re. Nam si cuiq̄  
hominum: quantalibet iam eruditioне polleat:  
permittendum sit: vt arbitratu suo quippiam mu-  
tet: sic passim cur non idem licebit alijs: præsertim

## IN

æque doctis. Itaque breui fatiscet/vacillabitque diuinorum librorum authoritas. Nam quum quicquid suo sensu abudet: ut dicit Paulus: atque tanta sit grecorum codicium varietas: ut sensu inuicem non raro dissideant: alius aliâ habebit lectionem sacrâ: & pro suo quisque euangelio quod e pluribus elegit: summam putabit religionem: velut in profocis: ac caris: digladiari. Neque vero quod sic mutatum est: audendum erit dicere ad sacras litteras pertinere: quum ex spiritu non sit: quem habet authorem omnis scriptura: siue euangelica siue apostolica. Non enim est spiritus dissensionis ac mendacij: sed unitatis ac veritatis. At quae unitas: aut veritas in tanta interpretationum dissonantia: alij saliud: singulis pro suo sensu: aut ad dentibus: aut detrahentibus? Et quando sicut ipse fateris: nefas est quicquam mutari in sacris litteris: porro quicquid spiritu authore fit: fas esse ut fiat: omnibus Christianis fatendum sit: mutatio igitur in sacris litteris ex spiritu esse nequaquam potest. Quod si ex spiritu non sit: tanquam spiritui aduersarium reiciatur. Nempe quod non est ex spiritu contra spiritum est dicente Christo. Qui non est mecum: contra me est. Proinde postquam inter nos conuenit: nihil esse mutandum: expendamus an hic locus in capite annotationum obnoxius sit mutationi. In greco legitur Iesu Christi generatio sic erat. τοῦ δὲ ἵνοῦ χεισοῦ ἡ γέρρησις θυτίωσ ἦν. Cui etiam lectioni astipulatur Chrysostomus in commentariis homilia quarta in caput primum Matthæi. (Iesu) neque in tua: neque in veteri inuenio transla-

tione. Si bene habent græca cur omisisti: quando nefas secundum te puto: vt non idem habeant latīna: quod bene habet græca: & eo magis nefas: quo est nomen sacratius: quod non ociose vspiam addi arbitrarī cōuenit a spiritu sancto: si male habent græca: male ergo & haberent latīna: si adderetur. Itaq; ex græcis librī saltem hoc loco: vt ne simpli citer dicam: nisi vbi talis locus occurrit: corrumperentur potius q̄ castigarētur exemplaria latīna. Neq; hoc dixerim: quod cupiam verbum (Iesu) latīnis codicibus addi: sed vt statim ab initio: vel græca arguam verbī superflui: vel te ipsum verbī non cuiuslibet: sed sacri quod mysterium salutis continet omisi: simulq; te: donec a nobis disputabitur: perpetuo astringam: vt legem feras: quā catholica ecclesia sanciuit: tu ipse iudicio tuo comprobasti. Inde iam pergo ad alia.

## Annotatio. II.

**I**N vtero habebit) Dicis Hieronymum legere Eodē. (habet) in presenti: non in futuro (habebit) Ego tamen inuenio apud Hieronymum (In vtero habebit) commentarijs in Matthēum. Pro eo (inquit) quod euangelista dicit (In vtero habebit) propheta posuit (In vtero accipiet) Et lib. iiij. commentariorum in Esaiām cap. viij. dicit Matthēum sensum magis q̄ verba secutum dixisse (in vtero habebit). Sic etiā legit Chrisostomus: & si virgo in vtero erat habitura. R. ER. Hoc qđ ait Hierony= Respo= mus nō pertinet ad (habet) vel (habebit) sed ad (co) sio Eraf cipiet) pro quo posuit (habet) immo in locū Mat= mi,

## In Matthēum

Confu  
tatio.

thēi declarat(habet)esse legendum:licet hoc verbum sit deprauatum quod deprehendes ex verbis quę sequuntur. Qui enim habet nequaq̄ acceptus est. ED. Ostendo Hieronymū vtroq̄ loco legere(habebit in vtero)sicuti nostri codices habent:quum tu affirmes Hieronymum legere(habebit)altero loco:scilicet cōmentarijs in Matthēū. Primum commentarijs in Esaiam sic legit: &dicit Matthēum pro concipiet possuisse:in vtero habebit. Sed dicas verbum deprauatum:& oportere loco(habebit)poni(habebit). Hic locus videtur mihi non posse hoc pati:vt sit(habebit)quippe quod presumsum sit. In multis testimonijis quę euangelistę vel apostoli de libris veteribus assumpserūt: curiosus attendendum est:non eos verborum ordinem secutos esse:sed sensum. Sequitur.vnde & in praesenti loco pro(cōcipiet)posuit(in vtero habebit)& pro(vocabis)(vocabunt) nō verborum ordinē sequunt̄ inquit Hieronymus sed sensum. At quo modo sensum sequitur:qui pro cōcipiet ponit(in vtero habebit) Num potest videri idem sensus (concipiet) de futuro:&(habet in vtero) de praesenti? Ceterum si vtrumq̄ sit de futuro:plane est idem sensus:sed verbis mutatis. Deinde hic locus satis indicat etiam deprauatum esse quod elicis ex commentarijs Matthēi:quum multo melius quadret quod abs te reīcitur q̄ quod recipitur. Et certe videtur mihi nulla ratione posse constare hunc locū in commētarijs Matthēi:penes illam partem:cui ipse tantopere inniteris:scilicet vt legatur(habet)

Sic habent verba in commentariis Matthœi. Pro eo quod euangelista Matthœus dicit (in utero habebit) In propheta scriptum est (in utero accipiet) Sed propheta quia futura predicit; significat quod futurum sit: & dicit (accipiet) Euangelista quia non de futuro: sed de preterito narrat historiam: mutauit (accipiet) & posuit (habebit). Qui enim habet nequaquam accepturus est. Tale quid & in psalmis legimus. Ascendens in excelsum captiuam duxit captiuitatem: accipiet dona in hominibus. Hoc testimonium apostolus accipiens non dixit (accipiet) sed (dedit) de preterito: hic de eo narrat historia quam dederat: quod acceperat. Hec Hieronymus. Vides hic nihil coherere. Primum dicit posuit (habebit) deinde dicit euangelista quia non de futuro: sed de preterito narrat historiam mutauit (accipiet) & posuit (habebit). Hoc non quadrat. Nam si de preterito narrat historiam: potius dixisset (habuit) quam habebit. Nam qualis ista consequentia de preterito narrat historiam & propterea ponit (habebit)? Num (habebit) preteritum est: postea sequitur. Qui enim habet nequaquam accepturus est: hic deinde de presenti: quum nihil antea: nisi de preterito: & futuro. Incommode hoc illatum est (qui enim habet) quum antea de presenti nihil sit dictum. Sed postremo loco: exemplum ponit ad hanc rem confirmadum: de futuro mutato in preteritum. Apostolus inquit narras historiam de preterito (dedit) dicit: quum propheta (accipiet) dixerit. hic confirmatio hec de preterito est. unde & consentaneum

# IN

est: modo hęc sint Hieronymi: & nō ascititia: pro  
(habebit) & (habet) posuisse Hieronymū (habuit)  
Sic totus iste locus adamussim quadrat. Obuiat  
tamen loco: in cōmentarijs Esaie: sicut explicatū  
est: quū ibi nec(habet): nec(habuit) legi possit: sed  
tantum(habebit): vt idem teneatur sensus. Sed &  
(habebit) posuisse Hieronimum comprobatur ex  
epistola ad Pammachium de optimo genere inter-  
pretandī: vbi dicit Matthēum pro(in vtero acci-  
piet) posuisse (in vtero habebit). Proinde consen-  
taneum est haec verba non esse Hieronymi in com-  
mentarijs Matthei: ab eo loco(sed propheta) usq;  
in finē: quando nec conueniunt alijs locis in Hie-  
ronymo: nec ipse sermo in se quadret: sed dissen-  
tiat prorsus. Et hunc locum restituisses: vel disse-  
cuisses potius: dum Hieronymi commentarijs ca-  
stigandis incumberes.

## Annotatio. III.

Mat. v. **Q** Vod his abundātius esta malo est. ER. Mi-  
re torquent hunc locum Theologi. (A ma-  
lo est) alij interpretantur: a malo diffidentis: non  
a malo iurantis: alij a malo pœnæ: non a malo cul-  
pe: verum opinor Christum simpliciter sensisse  
de perfectis. Nam de his loquitur: omnino non  
esse iurandum: pro rebus hisce pro quibus vulgus  
deierat. ED. Christus absolute loquitur: nec  
de hisce rebus: nec de illis: neq; vero de perfectis  
solum: sed de omnibus christianis: quorum tunc  
vitam ad euāgelicam normam instituebat. Id qđ  
satis liquet bene perpendenti ipsa verba euāgelijs:

Sicuti nec alijs canones euangelici perfectis dati sunt: sed communiter omnibus quicunq; volunt pie viuere ī Christo. Indiscriminatim ab omnijs exegit Christus: vt iusticia nostra abundet plusq; scribarum & phariseorum: quibus hoc permisum est in lege: vt iurarent per deum: ne per idola iurarent. Ita quidem & iudeis iurare per deum a malo erat: & si nō malum. A malo quidem: quia vbi vere ē simplicitas christiana: illīc nullo opus est iura mēto. Sic mihi videtur bene posse stare interpretatio theologorū: vt trībuatur infirmitati qđ iuramentum exigitur. Et in hac sententia magni sunt Theologī: vt nominatim Augustinum citem. R.  
 Era. Hic idem dico quod tu. Nam perfectos voco Rēsio pure christianos: inter quos non est opus iureiū- Erasmī rando. Et ab ifirmitate est: qđ iuramus. Quid qđ his schematis Christus nihil aliud docet: qđ sum- mam fidem ac simplicissimam veritatem. Edo. Si Confu- idem dicas qđ ego: quid est quod perfectos secer- tatio. nis a vulgo? Num & invulgo sunt aliqui pure chri- stiani? nisi forte pure christianos vocas quibus ni- hil deest ad verū christianissimū: siccq; recidis in id quod contra te annozo: quod dum de perfectis di- cis christum simpliciter sensisse: perfectos innuis qui sunt cōsummate iusticię. Itaq; tibi mecum nō cōuenit: sed dissidentes. Etiam quid est qđ postq; narrasti hūc locum mire torquere theologos: quo rum alijs interpretantur a malo diffidentis: non a malo iurantis: alijs interpretātur a malo poenę nō a malo culpæ: statim subdīs (verum) cōiunctioēm

aduersatiuam: quasi horum sententias rei sceres:  
tuam poneres. Nam si horum sententiam rei sceris:  
no mecum sentis: ut ex ipsa mea appearat annotatioe.

*Di* Annotatio. iiiij.

Matth.  
vij.

R̄nlio  
Erasmi

Confu  
tatio.

**C**is hanc coronidem. (Quoniam tuum est re-  
gnum: & potentia: & gloria in secula seculo-  
rum amen) que in omnibus graecorum exempla-  
ribus habetur. a nullo prorsus interpretum expo-  
ni: preter recentem vulgariū. Edo. Inuenio apud  
Chrysostomū cōmentarijs in Matthēum exposi-  
tam. Re. Er. Apud vulgariū esse fateor: qui est ab  
breuiator Chrysostomi. Sed malo fateri additum  
q̄ fateri tot viros: & totam ecclesiam romanam/ha-  
c tenus caruisse magna parte orationis dominice.  
Edo. Non statim quicquid est apud Vulgariū est  
apud Chrysostomum. sicuti nec econuerso: quum  
non ita sit ab breuiator: quin aliqua habeat sua. id  
quod alicubi annotauit Vulgariū habere quod nec  
habet: nec admittit Chrysostom⁹. Sed qđ maiis fa-  
teri additum: q̄ fateri tot viros: & totam ecclesiā  
romanā hactenus caruisse magna parte orationis  
dominice: minus mea sententia periculī est: si quis  
fateatur substractum q̄ si fateatur additum: quan-  
do plus detrahitur sapientiæ sp̄ritus: si quis addé-  
dum putat: quasi minus iusto sit dictum: q̄ si per  
imprudentiam quicq̄ subtrahat: quasi minus po-  
tuisset dici. Sed quod tantum defers authoritati  
sanctorum & ecclesiæ catholice: valde probo. Vti-  
nam idem semper fecisses. Sic non toties mutasses  
lectionem ecclesiasticam.

## Annotatio.v.

**E**Do. Notas euangelistam aliquāto coactius Matt.  
adduxisse authoritatem ex Esaia. Hieronim⁹ viij  
mus reuerētius loquitur: & quoties talis locus oc-  
currīt tribuit id apostolice cuidam authoritati: vt  
est videre passim in cōmentarijs. Neq; vero puto  
coactius locutum: cuius ille spiritu scripsit.

## Annotatio.vj.

**E**Do. Annotationibus in Matthæi capitulū Matt.  
nonū: aliquoties Chrysostomū citas: qui in ix.  
nonū capitulū latinus nō habet. Ref. Er. Habebā Rñsio  
exemplar græcū Chrysostomo inscriptū. hoc itelli- Erasmi.  
git: qā citoverba greca οἱ ἀπόστολοι ἡ μαρτυρία. sed alicubi  
noto mihi suspectum titulum. Edo. Inde etiā mi-  
hi suspect⁹ erat titul⁹: qđ interpres Chrysostomi  
hoc capitulū omiserit: qđ cōsentaneū est non fuī-  
se omissorum: si nullus codex græcus quo is vteba-  
tur: habuisset. Nam nihil dubito: habuisse illum  
diuersa exemplaria græca: quum interpretaretur.

## Annotatio.vij.

**E**T fratres eius. Er. Cœterum illud obiter de- Matt.  
miror: cur idem Hieronimus hunc enarrans xiiij.  
locum scripserit. (Miraris si errat in fratribus: cū  
errant in patre)? Nam in patre vere errabant exi-  
stūntes illum filium esse Ioseph: & in fratribus  
qui nam errabant: nisi forte cognati erant Ioseph  
nō Marię: vt illorum affinitas nihil attinuerit ad  
Christum. Edo. Chrysostomus commentarijs in  
Matthæum imperfectis: dicit ita fuisse Iacobum  
& Ioānē fratres domini: vt Ioseph erat pater. Idē  
b ij

# IN

Hieronymus aduersus heluidiū. Neq; tamen nī  
hil attinebat illorum affinitas ad Christum: si Ioseph  
erant cognati: quū & Ioseph ipse cognatus  
esset Marie: ex eadem tribu: & eadē familia. Rñ.

Rñsio Era. Hieronimus ibidē dicit hos fuisse cognatione  
fratres &c. Aneiusdem tribus fuerint Ioseph  
& Maria: adhuc sub iudice lis est. Et tamen nō cō:  
tinuo fratres dicuntur Iudeis: qui sunt eiusdem  
tribus: sed eiusdem familie σωτηρίας. Quod si alii  
quo modo vere fratres fuerunt: qui consistit eos  
non aliter dīci fratres q̄ Ioseph dictus est pater Je  
Confu su. Ed. Cur nō inuicē constet: vt fratres sint domi  
nī cognitione: & tamen non aliter fratres sint do  
mini q̄ Ioseph dictus est pater. Vtrūq; dicit Hiero  
nimus. nec repugnat. Vnde quū Hieronymus  
vtrumq; affirmet: elicio contra te: Ioseph cognati  
fuisse Christi: & iure cognitionis Mariāvxo  
rem duxisse: sicq; adeptum nomen patris Christi.  
Sed in hoc pari erant conditione: qđ sicut Ioseph  
putabatur pater Christi natura. ita & isti putabā  
tur fratres domini natura: qđ fortiter oppugnat  
Hieronymus. Ethac ratiōe nihil dubitauerim Ioseph  
vere patrem appellare Christi: quod & iure  
& facto vere vir eēt Marię vere matris domini: sed  
nolo noui sermonis author esse: etiam si sensu nī  
hilsit noui dogmatis.

Adhuc (inquis) sub iudice lis est an Ioseph & Ma  
ria fuerint eiusdem tribus. (Non negas Mariā de  
tribu Iuda fuisse: alioquī & christū negaueris/ de  
Iuda fuisse. Porro fuisse de iuda dicit Paul⁹ ad he-

breos. Sed & Ioseph fuisse de tribu Iuda euangelī  
 līca authoritate confirmo Luce. iij. vbi de Ioseph  
 dicit quia erat de domo & familia Dauid  
**Hoc** vero vocabulo significari paternitatē quādo  
 ex uno patre multa generis turba diffunditur: di-  
 cit Hieronimus cōmentarijs ad ephesios. Et sub  
 hoc vocabulo dicit disputatio: ne contra Eluidū  
 Abraam & Loth fratres fuisse quū Loth filius es-  
 set fratrī Abrae. Fratres (inquit) hoc est eiusdem  
 patrie: quam latini paternitatem interpretantur:  
 (addis). Et tamen non continuo fratres dicuntur  
 iudeis qui sunt eiusdem tribus: sed eiusdem familię  
**Hoc** primum verum non est fratres nō  
 dici iudeis nisi qui sunt eiusdem familię. Legis in  
 Deuteronomio. Si emeris fratrem tuū qui est he-  
 br̄us: vel que est hebreu seruiet tibi sex annis &c.  
 Et in eodem. Constituedo cōstitues super te prin-  
 cipem quem elegerit dominus deus tuus: eum qui  
 ex fratribus tuis sit. Nō enim poteris super te ho-  
 minem alienigenam: quia non est frater tuus. Ec-  
 ce hic vides fratres appellari: qui gēte tantum fra-  
 tres erant. Neq; tamen facit contra me. quod di-  
 cis: nō nisi q; eiusdem familię sunt: fratres dici. Nā  
 propinquitate fratres fuisse domini: dicit Hiero-  
 nimus: propinquitate vero qui erant fratres: nisi  
 eiusdem erant familię?

## Annotatio. viij.

**V**Ade post me satana.) Dicis etiē totidē. & Matth.  
 ijsdem verbis repulsum fuisse tētatorē quū  
 Orige. Homilia prima in Mattheū dicat dyabo-

Io tentantí non esse dictum (post me) sed tantum  
 vade sathanā. Sed nec nostra trāslatio habet (post  
 Rñsio. me) in librīs quos ego vidi. Re. Eras. Imo in om-  
 Cōfuta nībus etiam antiquis. Edo. In antiquis quibusdā  
 tio. legis (vade retro sathanā). Sed in nullo adhuc an-  
 tiquorum potui legere. (vade retro me.) vel (post  
 me sathanā). At illud annotauī non totidem &  
 eisdem verbīs repulsum fuisse tentatorem. Orí-  
 ginem enim affero: nunc addo Hieronimum: q  
 dyabolo tentati: non sit dictum (vade retro me sa-  
 thanā) sed hoc tantum Petro dictum sit his verbīs  
 monito: vt non suam: sed domini sui sequeret sen-  
 tentiam. Et miror te dicere (Imo in omnībus) nisi  
 me putas cęcutire: quuma me additum sit (quos  
 ego viderim). Nam certe libri quorum mihi tum  
 copia fuit tantum habebant (vade sathanā) postea  
 in duobus vetustissimis codicībus bibliothecę  
 martinensis apud Louanios comperi (retro) addi-  
 tum: sed non (retro me). Annotatio. IX.

Eodem **E**ras. Quid dabit homo quo redimat animā  
 suam. Edo. Ecclesiastica lectio est. Quā da-  
 bit homo cōmutationē p̄ animā sua: quā Hiero-  
 nymus cōmentarijs in amos prophetam confir-  
 mat dīcēs ἀλαγμα græce significare preciū. Itaq;  
 reddit eisdem proīsus verbis hūc locum: sic. Quā  
 dabit homo commutationē &c. Idem verbum ha-  
 betur commentarijs Origenis in Matthēum in-  
 terprete eodem Hieronimo. Putabis forte hec mi-  
 nutiora esse q̄ vt debeat annotari. Si tu minutio-  
 ra non putasti q̄ queuelles mutare: liceat mihi etiā

Si sint minutissima: si quo modo possum: restituere. Hieronymus non ausus est verbum (clarifica) in Ioannis euangelio expungere: quū tamen non conueniat græco. Nam monitus a sunia & fretela de ἀοξάζει π quod glorificare significat. respondet: Noluimus qđ ab ātiquis legebatur mutare: quia manet idem sensus. Sed & interdum vbi non manet prorsus idē sensus: nō vult inturbare cōsuetudinem ecclesię velutī patet in cōmentarijs Origēnis i auctario Hieronymi: ibi. (Necessitatibus sanctorum). Quin & libentius profiteſe admittere viciū sermonis q̄ mutare quicq̄: modo posſit stare citra iniuriam sensus: vt eisdem cōmentarijs patet. Magno numero tales minutias in quibus notaui te veterū iudicio ecclesiasticam lectiōnem temere mutasse: iussi dare locū; ne lectorē remoren̄tur.

## Annotatio. X.

**V**T nemin i dicerent quia ipse effet Iesus christus. Dicis in græcis exēplaribus nō haberi (Iesus) sed nec in emēdatiis nostris. Ed. Origenes vno loco tantum legit: quoniam ipse est: omissis (Iesus christus) quū tamen declarando postea addat (quoniā ipse est christus). Quin & sepe inculcat: vt non confiterentur Iesum esse christum. Vnde & apparet vtrumq̄ posse stare vt ita legamus. Nec cui dicerēt: quoniā ipse Iesus esset Christ⁹: nō ita: quoniā ipse effet Iesus Christus.

Eodē.

## Annotatio. XI.

**V**Estimenta eius sicut nix. ER. Sicut lumē Matth. ex græco. ED. Origenes cōmentarijs in xvij.

Matthæū vtrūq; legit: & sicut lumen: & sicut nix.  
'ANNOTATIO.XII.

Matth.  
xix.

**Q**uoniam Moses ad duricēm cordisvestri: p  
misit vobis dimitterevxores vestras.) ER.  
Quum par penē sit duricēs in nobis: cur non idē  
nobis conceditur: quibus conceduntur & lupana  
ria? ED. Propter magnū sacramētum in Chri  
sto & ecclesia ad Ephesios quinto. Ecclesiam quip  
pe Christus desponsauit. nec aliquid repudia  
turus est eam. Vnde Augustinus de nuptijs & cō  
cupiscentia ad Valerium cap. x. Sane non tantum  
fœcūditas ) cuius fructus in prole est: nec tantum  
pudicitia cuius vinculum est fides: verum etiam  
quoddam sacramentum nuptiarum commendat  
fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus: Viri  
diligite vxores vestras: sicut & Christus dilexit ec  
clesiam. Cuius proculdubio sacramenti res est: vt  
mas & fœmina connubio copulati: q̄diu viuunt:  
inseparabiliter perseverent: nec liceat excepta cau  
sa fornicationis coniugem / a cōiuge dirimi. Hoc  
enim custoditur in Christo & ecclesia: vt viuēs cū  
viuente in æternum nullo diuortio separetur. In  
eandē sententiā idem Augustinus ad Pollentiū.

Annotatio.XIII.

Matth.  
xxi.

**V**erebuntur forte filium meum.) ER. (for  
te) nec est apud gr̄cos: nec in vetustis latīno  
rum exemplarib;: nec apud Hieronymum. Ad  
ditum apparet a quopiam: qui verebatur: ne deus  
aut mētitus videretur: qui futurum dixerit: quod  
non euenit: aut inscius futuri &c. ED. Num

eadem ratione (forte) deleueris: quoties in dei vel  
prædictionibus: vel iudicijs occurrit in sacrís li-  
teris: ne mentitus videatur: aut inscius futuri? Pre-  
stat iudicio meo explorare apud veteres interpre-  
tes: quantum momenti habeat: q̄ adimere: preser-  
tim cū id verbī frequens sit: vt patet maxime apud  
prophetas. Hieronymum si consuluisses de poter-  
estate illius (forte) docuisset te ad arbitrij libertatē  
oportere referri. Sed quod dícis apud Hierony-  
mum non haberī (forte) certe cōmentarijs in Mat-  
thæum: nescio a quo falsario sit erasum: quū illic  
fuisse satis appareat ex glossemate: quod (forte) de-  
clarat. At commentarijs in Hieremiam plane di-  
cit Hieronymus i Matthæo haberī: edifferēs hūc  
locū Hieremij (Si forte audiāt & cōuertant̄.) Li-  
bertatem inquit arbitrij nostri designat dñs: quū  
dicit (si forte) nostro loquitur affectu: vt liberum  
homini seruetur arbitrium: ne ex præscientiae eius  
necessitate facere quid: vel non facere cogatur. Ta-  
le quid in euangelio. Mittam filium meum: forsitan  
verebuntur eum. Hæc Hieronymus. Etiā Lu-  
cæ. xx. habetur idem iste locus cum (forte) in græco  
τοῦ τοῦ τοῦ προτεστατικοῦ ἐμπρέπεται: forsitan cum hūc  
viderint: verebūtur. R. ER. Testantur vetusta Rñsio.  
exemplaria non addi (forte) hoc loco. Imo Hie-  
ronymus enarrans: & verba hæc semel atq̄ iterum  
repetens non addit (forte) nec interpretatur. Pro-  
inde ex quo glossemate nobis falsarium istum pro-  
feras: non intelligo. Quid sit apud prophetas nō  
disputo: de hoc loco affirmo. Hieronymus nō re-

## IN

Confu-  
tatio.

tulit verba euāgeliū: sed quod sentit suo arbitratū explicuit. Cæterum de græco sermone nulla est disputatio. ED. Miror te adeo cœcutire: vt tam claram lucem nō videas. Hieronymus (inquis) nō interpretatur (forte). Diligētiū relege locū apud hieronymum. Quod vt facilius possis describo tibi verba Hieronymi: ex quibus simul ostendo & falsatos commentarios hieronymianos: & illum (forte) interpretari. Dicithieronym⁹. (Porro qđ iungitur: verebuntur filium meum: non de ignorantia venit). Hic primum plane vides huic loco deletum (forte) alioqui nulla est hæc interpretatione: nisi (forte) addas. Nam hac ratiōe videbat hieronymus apud quosdā posse periclitari certā præscientiam dei de futuris: quia (forte) addidit: ideo dicit: non hoc de ignorantia venire: deinde sequitur (Quid enim nesciuit pater familias: qui hoc loco deus pater intelligitur? Sed semper ambigere dicitur deus: vt libera homini voluntas reseretur.) Quid est quod dicit: sed semper ambigere dicitur deus: vt libera homini voluntas reseruetur? Nisi addas (forte) vbi legis verbum ambiguum in hoc sermone (verebuntur filium meum) Nunc applica interpretationem. Semper ambigere dicit deus: vt libera homini voluntas reseruetur. Et sentis statim: quid sibi velit hic sermo: & causam habes: cur additur: vt libera voluntas homini reseruetur. Eadem prosus explanatio de (forte) quæ & in prophetis: sicuti in annotatione. Adhuc apud hieronymum sequitur: (Interrogemus Arrium:

& Eunomium. Ecce pater dicitur ignorare: & sententiam tēperat). Vbi hoc temperamentum? Ni si (forte) addideris nihil hic est temperamenti: sed certa sententia. Itaq; sequitur (quantum in vobis est probatur esse mentitus) scilicet si certa sit sententia & nō temperata. Vides nunc ex quo glossema- te prodidi falsariū. Quid sit apud prophetas (in- quis) nō dispu-to. de hoc loco affirmo. Credo. nō iam affirmabīs. Expende quid cōsequatur ad verba tua. Apparet (inquis) additum a quopiam: qui verebatur ne deus aut mentitus videretur: qui dīxit futurum quod non euenit: aut inscius futuri. Num idem posses dicere quolibet loco apud pro- phetas aut alibi in sacris litteris vbi legis (forte:) (additū apparet a quopiam quiverebatur ne deus aut mentitus videretur aut inscius futuri). Postre- mo (dīcis Hieronymus non retulit verba euange- lij: sed quod sensit: suo arbitratu explicuit.) Iteruz replico. Postq; Hieronymus commentariorum in Hieremiam quodam loco: vim verbi (forte) enarrasset: addit. (tale quid in euangelio forsitan vere- buntur filium meum). Et tu tamen dīcis arbitra- tu suo explicuit. Quid apertius tale quid in euangeliō? Quin & hoc diuerticulum tibi obstruunt: quæ paulo ante annotauī ex commentarijs in Matthēum. Nihil ergo reliquie est nisi vt restituas locum: & in codice græco: & in antiquis exempla- ribus & in Hieronymo non satis diligenter antea abs te castigato: in hac parte dico.

## IN

## ANNOTATIO.XIII.

**A** DOMINO FACTVM EST ISTVD  
**Era.** (istud) siue (hoc) non pertinet ad totum  
 hoc quod præcessit; sed vel ad caput: vel ad angulū:  
 quod vtrumq; sit generis fœminini. Similiter &  
 illud quod sequitur (& est mirabile) θεοματικό id est  
 admirandus angulus: siue admirabile caput angu-  
 li. **Edou.** Hieronymus commentarijs in Mat-  
 thæum refert ad totum hoc quod præcessit his ver-  
 bis. **Hij** cementarij: quomodo & vinitores acce-  
 perunt vineam: sic accéperunt lapidem: quem vel  
 in fundamentis ponant iuxta architectum Paulū  
 vel in angulo: vt duos parietes: hoc est populum  
 vtrumq; cōsociet: qui reprobatus ab eis: factus est  
 in caput anguli. Ethoc a domino factum est: non  
 humanis viribus: sed dei potētia. hęc hieronymus  
 Et tamē vt ingenue fatear postq; hucusq; scripsit  
 sem: cōsului i hebraicam lectionem: quæ tecū facit  
 אֵם מְאֹשֶׁר הַבְּנִים הִתְהַלֵּלָה לְרֹאשׁ פָּנָה מִאתָה: תְּהִוֵּה יְהֹוָה הָאָה  
 נפ' לאחבעינו.

quum illa duo pronomina אֵם & הָאָה sint fœminī  
 ni generis: sicuti & אֲם substantiuum quod signi-  
 ficat lapidem. Et quum apud nos lapis sit generis  
 masculini: oportet etiam respondeant pronomi-  
 na genere masculino: ְּזָקָן in genere neutro habet  
 illa interpretatio quæ Hieronymi dicitur secun-  
 dum hebraicam veritatem.

## ANNOTATIO.XV.

**S**PONSO ET SPONSAE. Dicis sponsæ  
 Snon haberii in græco: nec apud Origenem/ nec

apud Chrisostomum. Ed. Apud Chrisostomū  
inuenio etiam declaratum homilia. liij. in capitulū  
xxv. Matthæi. Etiam apud Origenem homilia.  
xxxij. in Matthæum. R. ER. Immo contrarium  
est. Ed. Sic respondisti mihi coram: ita ut coge-  
res me dīgito ostendere tibi locos & apud Orige-  
nem & apud Chrisostomum quos & nūcaſcribo.  
Apud Origenem locus est homilia. xxxij. in Mat-  
thæum his verbis. Et dicunt clamantes in sensi-  
bus omnium dormientium. Ecce sponsus venit:  
surgite in obuiam ei. (Et suggestionem quidem  
oportere in obuiam īre spōso verbo: & ecclesię īm-  
maculatę: omnes quidem audierūt : & surrexerūt )  
Et antea legis eadem homilia: ecclesiam immacu-  
latam sponsam esse verbi. Apud Chrisostomum  
homilia. liij. in capitulū. xxv. Matthæi. Hęc sunt  
verba. Nec mireris quia dixit īre obuiam sponso  
& sponsę: quum ecclesia īter nos habeatur spon-  
sa. Sicut enim Christus: quum sit īter nos: tamē  
venturus dicitur vt appareat ī gloria sua: sic & ec-  
clesia quis sit īter nos: tamen ventura dicitur  
quum apparuerit ī gloria sua. Propterea dicit  
Apostolus. Mortui enim estis: & vita vestra ab-  
scondita est cum Christo in deo. Quum autem  
Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos appa-  
rebitis cum ipso ī gloria. hęc Chrisostomus. Sic  
vides apud vtrumq; legi & declarari (& sponsę.)

Finis Annotationum in Matthæum.

Consequēter incipiūt Annotationes in Marcū.

IN

Annotatio.XVI.

Mar.ij



VB ABIATHAR PRINCEPE SACERDOTVM . Postq<sup>ue</sup>  
ex sententia Hieronimi ostendisti Abi-  
athar positum pro Abimelech : ad-  
dis: siue id acciderit lapsu memorie:  
siue vitio scriptoris &c. Edo. Vt hoc conceda fieri  
potuisse vitio scriptorū vel alio modo iuxta Lyra-  
num ad consonantiam posse reduci: ita: vt tribua-  
tur lapsui memorie in Euangelista grauati audio.  
Quis si spiritu sancto inspiratus scripsit memoria  
falli nō potuit: nisi & ille etiam falli potuerit quo  
ductore scripsit. Dicit mihi Ezechiel. quocunq;  
ibat spiritus illuc pariter & rote eleuabantur se-  
quentes eum. Re. Er. De lapsu memorie iam dele-  
sio Erasueram. Idenim malui q<sup>ue</sup> tueri. Certe Hieronym⁹  
mi. nō explicat nodum: sicut & alias de nomine Hie-  
remie opinor: & propemodum hic lapsus in no-  
mine fatetur. Hoc quoniam sub distinctione pro-  
posui: liberum est rei scere quod non placet. Mihi  
videtur non esse contra fidem christianam: si quis  
dubit etiam alicubi more hominum lapsi sunt apo-  
stoli in his que ad fidei summam nō faciunt: quos  
etiam post datum spiritum sanctū passus est mul-  
ta ignorare. Neq<sup>ue</sup> nostrum est definire quomodo  
Confu- spiritus ille suum temperarit organū. Ed. Laudo  
tatio. qd̄ delesti. Quod dicis (non est nostrū definire)  
qūo spiritus ille suum temperarit organum: ve-  
rum quidē est sed spūs ipse in Ezechiele definitiūt  
Rote non eleuabantur nisi sequentes spiritum.

## Annotatio. XVII.

**C**OGNOSCENS VIRTUTEM QVE  
DE ILLO EXIERAT. Eras. Queso qđ

sermonis dedecus. Num quae virtu serat illi incognita? (Et postea) necei ferendū erat de illo qđ nostra editio habet. Ed. Quasi vero inde elicere possis aliquam virtutē christo esse incognitam, Si cognouit virtutem quę de se exierat. Num tibi videatur consequi: si cognoscam polum qui ad septentrionem est: ut igitur non cognoscam polum ad austrum est. Ecclesiam vero catholicā hactenus legisse nullo repugnante nec admonente qđ ferendum nō est de christo: quis audeat dicere? Sed nec in hac lectione quicq̄ est absurdī: sicuti nec in illa (nouit dominus qui sunt eius) quasi periculū sit inde sequi non nosse dominū qui non sunt eius.

Hic locus si tam impius esset putas tot seculorum censurā euasisset? R. Er. Hic de stomacharis absq; Respo-  
causa. Nihil a me ridetur nisi forma sermonis. Eā sio Eras  
ecclesia tulit rem intelligens. Ne ego calumnior mi.  
impietatem sermonis: sed fidem interpretis requiri  
to qui participium græcum debuerat vertere in  
verbum. Quod autem nego ferendum(ex illo) p  
(ex se)quid ecclesia velit ferre: videris. Certe ne-  
go ferendum grammaticis: cum quibus & hic  
nobis res est. Quorsum autē hic mentio dialecti-  
ce consequētię de qua argutaris: quū ego de cōmu-  
ni modo loquendi agam. Qui dicit vinū qđ efflu-  
xit periit: nonne videtur sentire vinū quod nō ef- Confu-  
fluxit nō periisse. Ed. Nihil hic stomachi Erasme tatio.

Mar.v

## IN

libere monui ut putauis amicum. qđ decuit in re tā  
graui. Nam sicvisa est mihi etiam si tu nunc alio  
detorqueas qđ ego intellexeram: qđ non magnope  
repugno quum satis sit mihi quod aliquocunq; te  
tuearis. Nam id certe malo qđ referre ex te trium-  
phum. Impendio vellem nihil esse in annotatione  
nibus tuis: quod a me expungi posset. Qđ amice te  
monuerim ut hanc occasionem prēriperes omni-  
bus nullum adhibeo testem preterq; te ipsum. Ope-  
ras meas pollicit⁹ sum: & prestiti diligenter ac ami-  
ce quo ad intellecti p nugis habere te quicquid an-  
notaueram: Nec sic refriguisse si vel amice acce-  
pisses amicum officium: vel saltem non contēpsis-  
ses. Et nunc inuitus certe descēdo in hoc certamē  
tecum qđ tu sic vrges omnibus modis: nihil nō di-  
cens ac faciens quo extorquere possis editionem/  
gratius habēs ut orbi prodantur lapsus tui qui sic  
mihi videntur: qđ vt velis tertio amice inuitat⁹ ami-  
cam cōmonitionē accipere: quū contra p officio  
reddas perpetuo nihil preter caloniās: minas: ac  
publicas infamations: vt non <sup>fatus</sup> mirer te tam obli-  
tum: tū christiane: tū modestię: tū ciuitatis. Cete-  
rum iam paucis tractemus hunc locum. qđ ego (de  
illo) ad christum retuli: plane falsus sum amphibio  
logia sermonis tui. Quod (de illo) vt dī nosceretur  
materialiter poni debebas aliqua ratione lectore  
cōmouere. At mihi imposuit qđ antea quasi im-  
pium ex interpretis sermone eliceret aliquam vir-  
tutem christo esse incognitam. Et hoc putabā esse  
qđ dicebas (non ferendum). Sed & vehemētia ver-

bi(non ferendum est) aliquid fidei periculum sub  
esse monebat. Magnum quiddam portēdebat(nō  
ferendum). Porro nunc sensi perturisse montes:  
sed natum ridiculum murem: proditum hoc ser-  
mone tam vehementi non theologicum/sed gram-  
maticum: & quidē leue apud plerosq; erratum  
Iam de dialectica consequentia cur contra te affe-  
ratur: vides. Sed q; ad cōmunem modum loquēdi  
fugis: parum pro te facit. Primū q;d expectare nō  
debueras . vt interpres moderetur sermonem suū  
ex cōmuni modo loquendi/ quippe qui plerumq;  
ineptus est. Nec quod affers exemplum satis facit  
Non enim statim significat vīnum quod non ef-  
funditur non perisse: qui dicit vīnum quod effun-  
ditur periit: quum sēpe & in vasculo vīnum pere-  
at aut male imbuto aut a las īfecto.

## Annotatio.XVIII.

**Q**VID INTER VOS CONQVIRI - Mar. ix.  
TIS. Er. Obiurgat ergo phariseos: quod di-  
sceptarēt cum turba de resurrectione. Edo. Miror  
vnde nam id colligis obiurgatos suisse quod disce-  
ptarent cum turba de resurrectione: cum nihil ta-  
le preferate euāgelij cōtextus: quisīchabets. Quid  
conquiritis inter vos: vel vt tibi placet. Quid di-  
sputatis cum illis: vnde intellīgi non potest suisse  
obiurgatos q; disceptarēt cū turba de resurrectiōe  
R. Er. Aut illud ex Vulgario sumpsi: aut ea conie-  
ctura me mouit q; phariseorum est resurrectionē  
defendere. Edo. Facile est coniscere quid disputa-  
rent si quis que sequūtur diligentius legat. Nam

R̄nſio  
Eraſmi.  
Cōfuta  
tio.

# IN

interroganti Christo quid disputarent respondis  
sevnum et turba narrat euangelista. Preceptor ad-  
duxì filium meum habentem spíritum mutum.  
Et sequitur. Et dixi discipulis tuis & non potue-  
runt eis cere. Hoc videri potest disputatū cur non  
potuerint eis cere.

## Annotatio. XIX.

Mar. x.

**E**TERVNT DVO IN CARNEVNA  
Er. Nec est in carne vna : qđ sordide quidam  
interpretatur de coitu. Edo. Hieronimus in Mat-  
thæum. & in capitulum quintum ad Ephesios le-  
git (in carne vna) : nec quicq̄ annotat: quod solet  
sic ubi incidat varia lectio. Neq; vero video cur de-  
beat sordidum videri : si id (in carne vna) de coitu  
interpretetur: quum thorum sanctum & immacu-  
latum vocet apostolus & commonitus sit Petrus.  
Quod deus purificauit tu commune ne dixeris.  
Omnia munda sunt mundis. Nec Hieronimus  
veretur ita interpretari commētarijs ad Ephesios  
Sed & apostolus idem innuit ad Chorynt. Qui  
adh̄eret meretrici: vnum corpus efficitur. Et mu-  
lier non habet potestatem corporis sui sed vir. Et  
vir non habet potestatem corporis sui sed mulier.  
**H**unc errorem taxauit Augustinus in marciani-  
stis in libro qui inscribitur contra aduersarium le-  
gis & prophetarum. Nam & ipsi coitum coniu-  
galem putauerunt esse turpem. R. Er. Non facio  
Erasmi. coitum coniugalem spurcum aut immundum sed  
voco sordidam interpretationem que coniunctio-  
nem illam ea parte metiatur que infima est. Et al's

docuimus Hieronimum legisse (in vnam) non (in vna). Atq[ue] id sane palam est. Q[ui] si ille putat aliquid corporū quoque coniunctionē pertinere: contra me non facit. Edo. Si illa coniunctio sordida non est cur tibi interpretatio que eam coniunctio nem qua partis sit narrat: sordida videtur. Quanq[ue] nec si coniunctio sordida sit interpretatio hāc notam meretur: modo vera sit & bene respondens. Nam quod viciūm interpretationis si rei ipso nomine turpi respondeat. Cum hoc stoicorum placitum sit multa re honesta nominibus videri turpia: ut filios procreare: inflationem ventris crepitū digerere. Sunt & re: & nomine honesta: sed nominibus videntur turpia quum nō sint. Hoc scrupulo notat Hieronymus laborasse. lxx. interpres interpretaturos in Esaya vocabulum hebraicum **תְּפִלָּה** quod mulieris verenda significat quum nulla sit turpitudo humani corporis membrum vocare nomine suo monete Hieronymo. Et quod aīs alibi legere Hieronymū in carnem vnam: satis mihi fuerit vendicare interpretē nostrum & lectionem nostram a calumnia dum doceo Hierony. nihil abhorrere a lectione nostra etiam eo loco quo maxime conueniebat cōmōdē si falsa esset lectio: scilicet cōmentarijs ad Ephesios. Addis postremo (contra me non facit si Hieronymy. putat aliquid ad corporum coniunctionem pertinere) Imo contra te facit nisi & Hieronymi audes interpretationē vocare sordidam. Nam ille de corporū cōiunctione hunc locū interpretat.

## IN

### ANNOTATIO.XX.

Marcii  
xij.

DICTVM A DANIELE PROPHE  
TA. Er. Apparet ex Matthēo huc adiectū  
q̄q & illīc ab alio quopiā additū apparet. Edo.  
Origenes ita legit homilia. xxix. in Matthēum.  
Quoddictum est a Daniele propheta &c.

### ANNOTATIO.XXI.

Marcii  
xij.

NVNQVID ERGO &c. Dicis Marcum  
nihil aliud scripsisse: q̄ Matthei compēdiū.  
Ed. Marcus quēdam habet quē in Matthēo non  
habentur vt docet Augustinus: quēdam etiam si  
verba respicias prorsus contraria: ita vt negocium  
fecerit Augustino dissonantia dum eos cōciliat.  
Addo etiam quēdam in marco addita/verbis/que  
in Matthēo sunt: & que plurimū habent momen  
ti. Hoc etiam habes apud Hieronymum ad Da  
masum: in decimo canone. Propria quiq; que nō  
habentur in alijs/ædiderunt. hæc Hieronymus.  
Si numerabis canones apud Marcum proprios:  
habentur vīginti.

Loci aliquot in Marco in quib; citas grēce  
siceſſe; quum ſic non habeat exemplar tuum.

### ANNOTATIO.XXII.

Marcii.  
v.

IBI OMNEM VERITATEM. Dicis grē  
ce eſſe τάσαρ τάρτια: id est omnē causam: quū  
in exemplari quo ipſe vteris sit τάσαρ ἀλέθεια: id est  
omnem veritatem sicuti ecclesia legit.

### ANNOTATIO.XXIII.

Harcī.  
vij.

CONQVIRERE CVM EO. Er. Lau  
rentianum exemplar (vt videtur) secus habuit

meum ad hunc modum καὶ ἡρξάρτο συζητοῦμετέσ ταῦ  
ἄντοῦ σικμεῖορ: id est cœperunt simulab eō querere  
signum. Ed. Sic non habet exemplar tuū: sed sic  
habet ut sequit̄. καὶ ἡρξάρτο συζητεῖρ ἀντῷ ζητοῦμετέσ  
ταῦ ἀντοῦ σικμεῖορ.

## Annotatio. XXIII.

**E**T SI IN VICVM. Er. Meus codex ha Eodem  
bebat: (& si in oppidū ingressus fueris ne cui  
dixeris ne in oppido quidem.) Ed. Sic non habet  
exemplar tuum sed id quod Laurentianus codex  
habet. Et neq; in vicū introieris: neq; dixeris cui  
q; in vico. μὰ δὲ ἐισ τῷ κώμῳ ἐισέλθησ μη δὲ ἐισκο τῷ  
ἱπ τῷ κώμῳ. Sed vetus translatio prope respondet  
grēco quod dicis haberī in codice tuo.

## Annotatio. XXV.

**E**T Cœpit.) Dicis grēce addi ἀπὸ τότε id est ex Eodē.  
tunc) quū illud ἀπὸ τότε in exemplari Erasmi  
co non sit: sed tantum καὶ ἡρξάρτο 2.2άσκημ ἀντοῦσ.

## Annotatio. XXVI.

**E**T TRANSFIGVRATVS EST. Di Marci.  
cis grēce esse (& dum orātilli transfiguratus ix.  
est.) Ed. Illud (dum orantilli) in exemplari tuo  
grēco non est.

## Annotatio. XXVII.

**E**R. Sufficit ἀπέχει τὸ τέλος etiā si τὸ τέλος in q; Marci.  
busdam codicibus non reperitur. Ed. Ita in xiij.  
nisi in tuo codice esse quum non sit.

## Annotatio. XXVIII.

**E**T TENVERVNT EV M. Er. Nō nul Eodem  
cli grēci codices sic habebāt: haud scio an ppe  
ram. καὶ κατοῦσιρ ἀντοῦ δι μεαρίσκοι. i. tenēteūmado  
lescētes. Ed. Posse dicere meū exēplar sicut habet.

# IN

## Annotatio. XXIX.

**Marcii.** **P**Atrem Alexandri & Rufi.) Notas coniunctionē(&) grēce non haberī: sed ita legi patrē Alexandri Rufi siue Rufi filium. Ed. In exemplari erasmico est(& Rufi)

xv.

Sequuntur annotationes in Lucam.

## Annotatio. XXX.

**Lucet. ij**



Loria in excelsis deo: & in terra pax: hominibus bona voluntas.) Ita interpretaris ex grēco. Sed Origenes Chrisostomus: & Hieronymus legunt nobiscum. Et in terra pax hominibus bona voluntatis. Origenes homilia prima in Matthēum. homilia. xiij. in Lucam: declarando: & contra Celsum lib. primo. Chrisosto. homilia secunda in caput secundum Matthæi: opere imperfecto: & homilia. xxxv. de nativitate Christi: declarando (bonæ volūtatis) Hieronymus commentariorū in Esaiā capitu. ij.

**Rēfīcio** & sepe alibi. R. Er. Eti pse fateor nusq: inueniri Erasmi apud Hieronymum aut Chrisostomū. Ed. Ad Confusione nec apud quemcūq: aliū. Sed miror q: tantope ratiō. re fidis grēcis exemplarib⁹ tuis: quæ habent: quæ nullus veterum legit: nec interpretatur.

## Annotatio. XXXI.

**Lucet. ij** **H**Omīnibus bona voluntatis.) Er. Grēce est in terra pax: in hominibus bona volūtas: vt intelligas tria distributa: ac singula singulis redita: gloriam vni deo tribuit idq: in altissimis: terē pacem: hominibus bonam volūtatem: siquidē

homines veluti tertios/ac medios ponit inter cœlum & terram. Ed. Quid est in terra pax/nisi in hominibus pax? Cui enim terre pacem nūciat: nisi in hominibus qui in terra sunt? Ista ergo distributio non est accommoda: siquidem homines & primo habes loco & secundo: & bona voluntas pacem implicat. Non enim potest nō esse pax inter homines bonæ voluntatis. Ego puto signāter ad discretionem esse dictum (Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.) Pax inquam hominibus q[uod] pacem volunt recipere:nempe Christum qui fecit utramq[ue] vnum: ut dicit Apostolus. Quum Iudæis Christum recusantibus recipere: adhuc nō sit pax Non est pax impijs dicit dominus. Id quod dixit de Hierusalem Christus flens. Si cognouisses & tu: & quidem in hac die tua: quæ ad pacem tibi. Nūc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Tantūdē & illud Ioannis significat. In propria venit: & sui eū non receperunt. Iudæi inquam non receperunt pacem. Quotquot autem receperunt eum: dediteis potestatē filios dei fieri: his q[uod] credunt in nomine eius. Quid est hoc nisi quotquot bone voluntatis erant ut recipierent pacem: dedīt eis potestatem ut filij pacis fierent. Sicenim & alio loco apud euangelistam. Etsi ibi fuerit filius pacis: requiescat super eū pax vestra. Hūc sensum pbat Hieronym⁹ in hūc locū pphetae Iohelis. Cōfusum est gaudiū addit Hierony. q[uia] gaudiū noluerunt recipere. de quo angel⁹ loquit̄ ad pastores Annūcio vobis gaudiū magnū. (Deinde aīs) Quū ita cōstanter sit in

# IN

omnibus gr̄c̄is exemplarib⁹ & ad eum modum  
exponat vulgari⁹: mirū est nusq̄ hanc lectionē nec  
apud Hierony. deprehēdi: nec apud Ambr. Ed.  
Quum nec apud Hieronymū: nec apud Ambro-  
sium: nec apud Origenem: nec apud Chrysosto-  
mum hec lectio secūdū gr̄cum codicem inuenia-  
tur: sed ea semper quē habet nostra ḥditio: nec etiā  
apud aliquem istorū annotatio sit varię lectiōis:  
quum in hac parte soleat diligentissimus esse Hie-  
rony. mirum est hanc lectionem quam ex gr̄co  
ponis: in gr̄co haberī. Et mihi suspiciūculam fa-  
cita nouatore aliquo deprauatum esse hunc locū  
vt sunt homines nouarum rerum studiosi & glo-  
rię audi. Et reuera quantum ego iudicare possum  
deprauatores sunt codices gr̄ci q̄ latini. Quod  
mihi sepe videor comperisse: ita vt prope superua-  
caneum & pr̄posterum iudicem emendare euangeliū  
latinum ad codices gr̄cos: qui inemenda-  
tiores sunt q̄ latini. Ethanc puto fuisse causam vt  
diceret siue is Origenes sit: siue Hieronymus se  
non ausum reducere nouum testamentum ad con-  
cordiam: q̄ apud ipsos fontes tantam videret co-  
dicum discepantiam. R. Er. Mihi tantum studio  
sio Eras fuit distiguere quomodo gr̄ci legant. Nec ad me  
pertinet an idem sit pax in terra & in hominibus.  
Quanq̄ mihi gr̄corum lectio non probatur. Sed  
cur (inquis) sequeris quod non probas? Non est  
meum emēdere gr̄corum codices pr̄sertim quū  
omnes cōsentiant. Nec ego propono hanc ḥditio-  
nem: tanq̄ per omnia probandam: sed responden-

tem ad gr̄ecorum codices: & plerūq; ad gr̄ecorum interpretationes. Neq; enim meum est pronūcia re quæ lectio sit syncerissima: præsertim cum alijs alia arrideat. Quod autem aīs superuacaneū esse: emendare euangelium ad codices gr̄ecos. Memineris olim longe maximam fuisse latínorum codi cum dissonantiam: & hodie nōnullā esse. Erat & apud gr̄ecos id temporis exemplatiorū varietas: & tamen ex his multa corrigit Hierony. multa explicat. Iam illud negari non potest multa loca ex gr̄ecis: vel restituta: vel explicata. Quod si quid sit apud gr̄ecos quod non placet: manent nobis nostra meliora: donec pontifex ex omnibus: quæ sunt probatissima delegerit: si ita videatur. Postremo velex mendoso exemplari licet quādam restituere: quod errata sāpe non incidat in eūdē locū. Porro a quo locus sit deprauatus nescio. Certe nemō testatur se apud gr̄ecos secus legisse. Ed. Cuī Confu hęc verba sunt (vt intelligas tria distributa &c.) Si tatio. tua sint: ad te pertinet: vt distributionē agnoscas non esse accommodam: sin alterius cuiuspiam sint: nomen eius cīta: quo ī ferat culpam. Aīs nō probari tibi gr̄ecorum lectionem. Vides tamen ēā passim gr̄ecorum codicibus insertam: magno oīm consensu. Et cur nō alibi etiam deprauatos putes codices gr̄ecos: nīhil impediente eorum consensu. Dicis neminem testari se apud gr̄ecos secus legisse. (Imo ipsa interpretatione & ipsi gr̄eci: & qui gr̄ece calluerunt: testantur se secus legisse) quum eorum interpretatio nequaq; accedat huic gr̄eco.

## IN

Quippe quod diuersum sit (homini bus bona voluntatis) quod ipsi interpretantur: & declarat: & (homini bus bona voluntas) Quod dicis non esse tuum emendare codices graecos: praesertim cum omnes consentiant: cur non et que licebit emendare codices graecos: atque latinos: praesertim pro lectione codicum latinorum: interpretantibus ipsis graecis: & lectioni grece refragatis saltem interpretatione! Satis tibi est interdum: ut damnes interpretationem nostram aeditionis: quia in greco tuo aliter legis: etiam cum lectionem nostram probet graecorum interpretationem. Id quod aliquoties annotavi. Sed quod negas tuum esse emendare codices graecos: ego certe assentior: ut hoc liceat mihi addere: nec etiam latinos. Non proponis inquis hanc aeditionem tanquam per omnia probandam: sed respondentem ad graecorum codices: & plerumque ad graecorum interpretationes. Credo non eo animo proponere te: neque certe (pace tua dico) meretur: quod interdum nec respondeat graecorum codicibus: nec graecorum interpretationibus. Interdu vero nulla ratione constare possit: etiam si sic graecis placet Quibus non tantum tribuo: ut oraculum sit quicquid ipsi dicunt: praesertim iam olim a nobis aliquot ecclesiasticis dogmatis dissidentes. Sed nec Hieronymus tantum tribuit: qui commentariis in Ezechielii: graecam fidem sic ostentat. Probare possumus multa dici facta in scripturis sanctis: quae in graecis voluminibus non inueniuntur. Nec debemus nos authoritat eorum acquiescere: quorum

perfidiam & mendacia detestamur. hęc Hierony.  
 Non p̄nuncio aīs quæ lectio sit sincerissima: præ  
 fertim quum alijs alia arrideant. Nō pronūcias:  
 Quid ergo emendas latīnos codices ad gr̄ecos: &  
 vicissim gr̄ecos ad latīnos? Quid etiam (quod ali  
 cibi notaui) ex sensu tuo reddis gr̄ecum: & in con  
 textum ponis: qui nec gr̄ecanice lectioni: nec no  
 stræ: nec ipsi veritati respondet? Tollerabile erat  
 vt annotares quid tibi videretur: sed vt in cōtextū  
 referres: nulla nixus authoritate nisi tua: hoc ego  
 tam intollerabile puto: vt parū abesse putē ab im  
 pietate. Et quū alia (vt dicis) alijs arrideāt debebas  
 adhuc aliorū expectare iudicium. Dixi superuaca  
 neum esse emēdare euangelium latīnū ad codices  
 gr̄ecos. Non muto sententiā. Sed memineris (in  
 quis) olim longe maximam fuisse latīnorū codi  
 cum dissonātiā: & hodie nonnullā esse.) At ho  
 die quum nulla pene sit codicum latīnorū disso  
 nantia: gr̄ecorū codicū multa est. Quod vel te an  
 notante disco. Sed hac ratione fiet si cuius gr̄ece  
 sciēti licebit æditionē antiquā mutare ex sensu suo:  
 ita inquā fiet vt hui⁹ etatis varietas: i latīni codici  
 b⁹ supiorū tēpō & varietatē lōge supatura sit. Itaq  
 factiōes & tumult⁹ erūt i ecclesia. Nihil erit sacrū  
 in sacris literis: nihil certū: nihil stabile. Nostū ī ge  
 nia hominū vt sunt auida nouarū rerū: vt sunt glo  
 riosa: vt sibi placēt: quum possint inaudita dicere.  
 At (inqs) si nō placēt nobis gr̄eca: maneant nobis  
 nostra: donec p̄otifex ex oībus q̄ sunt p̄batissima:  
 delegerit: si ita videat. Bene addis (si ita videat.)

Nam deum obtestor optimum maximum: ne me superstitem inueniat illa dies. Præcogita tecum: etiā ut donē doctos & ecclesiasticos boni cōsultūros: quid immurmurabit rudis & indocta plebs: Nouatā fidem. Quid clamabūt hæretici: inique actum: quod contra se ex ea scriptura hactenus p̄nunciatum sit: quæ nunc rejicitur. Postremo aīs ex mendoſo exemplari licet quēdam restituere: q̄ errata ſepe non incident in eundem locum: nō inficiabor quidem ni periculū sit: ne q̄ colligit rosas iter spīnas: ſimul colligat & spīnas: ac ledat manū.

## An notatio. XXXII.

**Luce.ij** **Q** Vę cum audisset) Pro(audisset)ponis (vidis-  
ſet) & dīcōrta deinde post citatas aliorū ſen-  
tentias: inquis: Nam ipse puto euāgelistā ſic eſſe  
locutum: vt ostenderet virginem dupliči nomine  
turbatam fuiffe. Primum: quod videret iuuenem  
ad ſe ingredientem: deinde q̄ audiret ſalutationē  
amatoriā: & nescio quid procorum pr̄e ſe ferente  
Ed. Consentaneum eſt audiuiſſe prius: q̄ vidiffe:  
& ex eo magis fuiffe turbatam: velut ſolent: quib⁹  
ſubitanea vox auditur. Propterea mihi magis pro-  
batur quod habet vetus editio (quę cum audisset)  
pr̄eſertim cum ſic legat Chriſoſtomus: ſermone  
quodam de nativitate Ioānis Baptiste. Origenes  
dicit: eam peregrina fuiffe ſalutatione territam:  
his verbis. Si ſciſſet maria ad alium quempiam: ſi  
milem factum eſſe sermonem (habebat quippe le-  
gis ſcientiam: & erat sancta: & prophetarum vat-  
ſinia quotidiana meditatione cognouerat) nunq̄

quasi peregrina eam salutatio terruisset.

Sic videtur origenes etiam legisse (que cum audis-  
set), nam non videtur sermo: sed auditur. At quod se  
quitur (deinde quod audiret salutationem amatoria-  
et nescio quid procorum prese ferentem) videtur  
mihi de re tam sacra & tam sublimi nuntio reueren-  
tius ac castius fuisse loquendum. Quae aures hoc  
ferant de hac tam salutifera salutatione? Quid  
hic amatorum? quid non sincerum? non castum?  
Aue gratia plena. Amatoris fuisse: aut procí no-  
men primum compellare virginis & blando quo-  
piam vti exordiolo. Quid his verbis reuerentius:  
Aue gratia plena dominus tecum. & quod sequit  
Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus  
ventris tui. Non hęc amatorum verba: sed miram  
et nouam gratiam explicantia. Nihil hic amato-  
rum: sed totum sanctum: totum venerandū. Vir-  
ginem vero tam humile quicq̄ cogitaret: noluit  
pati: spiritus qui i ea erat: noluit pati benedictus  
fructus ventris eius. Hanc cogitationem maxi-  
me alienam fuisse vere credo a corde tam sancto  
in quo iam erat spiritus sanctus. Respon. Eras. Respō-  
Ostendo duplēm lectionē. Miror te hic stoma-  
sio Eras  
chari de amatoria salutatione: quasi procí nomen mi.  
aut amatoris turpesit. Plane Gabriel pronubus  
erat inter deum & virginem: inter quos nouus (vt  
ita dicam) coitus fuit: accedente consensu (fiat mihi  
scdm verbum tuum). Hanc enim per spiritum  
sanctum complexus: grauidam fecit deo & homi-  
ne. Nec est gratia plena: sed excepit a me hoc est

## IN

gratiosa & vnice dilecta. Obscro te quam contu-  
 melia facio nuntio cœlesti : si de nuptijs dicturus  
 cœlestib⁹: verbis pronuborum vtor. Quod aīs de  
 spiritu sancto : eadem ratiōe nec omnino turbari  
**Confu**  
**tatio.** debuit maria. Edo. De duplice lectione nihil dico  
 sed sententiā tuam explorō. Non sum stomacha-  
 tus dolui verius: q̄ stomachatus sum: quod tam la-  
 sciuis. Quibus verbis vis te moneri in re tam seria  
 si hic stomachus est? Sed ad rem: vt permittā tibi  
 personas. & schemata: dum rem ipsam vt gerebat  
 veluti ostentas ad oculum: quo ipse modus rei ge-  
 ste alioqui obscurus: sit manifestior: ita nō permit-  
 tēdum dum veritatē historię sectaris: vt quicq̄ fin-  
 gas preterq̄ qđ vere gestū est. Et secus facere in hi-  
 storię sacra: etiam impiū iudicauerim. & eo magis  
 impiū quo est turpius: & a sacris mysterijs magis  
 alienū qđ fingit. Ipse vero hoc loco non iam re-  
 thoricantis: aut fingentis more: sed ipsam histo-  
 rię veritatē declarantis: dicis. Nā ego puto euāge-  
 listā sic esse locutū: vt ostēderet virginē duplice no-  
 mine fuisse turbatā. Prīmū q̄ videret iuuenē ad se  
 ingrediētē. Deinde q̄ audiret salutationē amato-  
 riā: et nescio quid procorū pre se ferentē. Si pu-  
 tas hoc nomine turbatā: putas ergo salutationem  
 fuisse amatoriā: et p̄corū quiddā pre se ferentē. Et  
 quo in iam tuā oñdas: dicis (Ego puto). Et q̄ hoc  
 putas: id est qđ dāno: et puto hoc oib⁹ dānatū iri.  
 Sed vt cōprobēs sententiā tuā: quiddā scilicet inter-  
 cessisse amatoriū. dicis nō dixisse angelū (Aue gra-  
 tia plena) sed (Aue gratiosa) v'l (vnice dilecta). Nā

græce esse (κεχαριτωμένη) Hoc parū p te facit. Nā  
 (χαριτός) in lexico meo est (gratia impleo). De-  
 inde quid tu mihi obiūcīs græcūocabulū? An pu-  
 tas angelū græce locutū? Ego puto potius hebraī-  
 ce: q̄ virginē alloqueret hebrēā. Q̄ si græcū nō re-  
 spōderet: scias me cītasse p̄te ecclesia legit: cuī plus  
 tribuo q̄ græco tuo: p̄fertī astipulātē huic lectio-  
 ni Hieronymo in epistola ad prīncipiā: cuius ver-  
 ba subscrībo. Maria: quia cōceperat eū in' quo om-  
 nī plenitudo diuinitatis habitat corporaliter:  
 plena gratia salutatur. Hęc Hieronimus. Postre-  
 mo dicis. (Quod aīs de spiritu sancto: eadē ratiōe  
 nec turbari debuit Maria.) Verba mea hęc sunt.  
 (Virginē vero vt tam humile quicq̄ cogitaret: no-  
 luit pati spirit⁹ qui in ea erat). Tu infers ergo nec  
 debuit pati: vt turbare. Hoc nō consequit̄: vt tur-  
 bari nō debuerit: si nihil humile cogitauerit. Ne-  
 gare nō debes seruatam fuisse semper ipsam virginem:  
 ne quicq̄ humile cogitaret: quippe futurā sa-  
 crariū spirit⁹ et habitaculū vnigeniti filij dei. Por-  
 ro euāgeliū testatur ipsius animā gladiū per trāsis-  
 se: quū hoc predixerit futurū sanctus senex Simeō  
 Et dubiū nō sit quin euenerit in passione filij sui.  
 Vides ergo quo pacto iūicē cōstant: ī munē pror-  
 sus fuisse virginē ab humili cogitatione: nec tamē  
 fuisse ī munē ab angustia anime.

Annotatio .xxxij.

**I**N VOLVTVM PANNIS. Er. Si Christo  
 tant opere placuisse t̄ mendicitas: vt quidam pu-  
 tant in ptochodochio nasci poterat. Edo. Si men-

# IN

Confu  
tatio.

dacitatis argumētū fuisset nasci i ptochodochio:  
quale erat nasci in stabulo inter stercore. vt dicit  
Chrysostomus. Nec puto tantopere abhorredū  
vt dicatur christus fuisse mēdīc⁹: iuxta illud. Ego  
autē mendicus sum. Quod de Christo dictū quí  
dam sancti putant: quū & alia quecūq; in eo psal-  
mo sunt: ipsi Christo conueniant. Re. Er. Quasi  
vero non idem & dītissimis contingat per occasio-  
nem vt in stabulo diuersentur. Imo mihi contigit  
cū archiepiscopo sancti Andre⁹ i itinere publico  
Certe non legimus Christum mendicasse: ne apō-  
stolum quidem. Sic autem dictus est mendicus ut  
dictus est vermis. Quanq; κτωχδος græcis & pau-  
perem significet & mendicum. Edo. Idem tibi co-  
tingere potuisse vt in ptochodochio fuisses diuer-  
satus. Maluisses enim vel in ptochodochio diuer-  
sari q; sub diuo: pr̄sertim prohibentibus pluvijs  
aut alio quo quis incommodo. Dicis nusq; legi chri-  
stum mendicasse. Sed memineris multa vera esse  
de Christo: & inter ecclesiastica dogmata censeri:  
que nusq; legis in sacris literis. Quanq; illud pos-  
test esse argumentū mendicationis Christi q; apō-  
los tantopere inuitauerit ad mendicādum. Nam  
mittens ad euangelizandum monebat eos. Noli-  
te (inquit) possidete aurum neq; argentū neq; pe-  
cuniā in zonis vestris: non peram in via: neq;  
duas tunicas &c. Et alibi dicit. Qui vos receperit  
in nomine meo me recipit. Videtur ergo oportui  
se ut hospicium emendicarēt in nomine Christi.  
Sed de hac re tecum nondigladiabor: q; alijs sunt

qui possunt hanc pugnam strēnue gerere. Sed qđ dīcis sic dictum mendicum: vt dīcitur vermis. Nō assentior qđ hoc prorsus sit metaphorīcū & translatīcū: nec alia ratione in Christum: vt dīcatur vermis conuenire possit qđ metaphorīce. Et quod iterum dīcis (πτωχὸς) etiam pauperem significare non solum mendicū. Vt hoc loco pauperem possit significare: non patitur qđ sequitur (πέρηφας pauper) ne bis pauper dīcatur. Ego sum pauper & pauper.

Annotatio. xxxiiii.

**E T NON COGNOVERVNT PA-** Eodē,  
**RENTES EIVS.**) Er. Græci codices ha-  
 bent (Et non cognouit Ioseph & mater eius). Ed.  
 Exemplar erasmicū habet (οἱ γρεγεῖσι ἀντοῦ id est pa-  
 rentes eius) sicuti et in nōnullis exemplaribus ha-  
 beri ipse testaris. Re. Eras. Quid noui si id sequor Respō-  
 quod mihi magis probatur presertim si vtrumq; sio Eras  
 apud græcos reperiam. Edo. Non sequeris hanc mi-  
 lectionem quam dīcis in græcis codicibus haberi. Confu-  
 Nam in cōtextu iuxta græcum reddis: & parētes tatio.  
 eius. Et in annotatione huius loci credis imutatā  
 aquopiam hāc lectionē: qđ timeret Ioseph vocare  
 patrē Iesu. Quid ergo dīcis te sequi qđ magis tibi  
 pbatur quū hanc lectionē (Ioseph & mater eius)  
 nec sequareis nec probes. Nec vlla ratio est cur ma-  
 gis pbare debeas: quū prius legas vtrūq; (& paren-  
 tes) (& pater & mater). Ethoc loco vides quomo-  
 do græca dissident. Sed hoc annotauī: qđ quum di-  
 ceres græcos codices sīchabere. Primum mihi vī-

## IN

debatur esse ut dices quid tuum exemplar græcū  
ex quo latīnum reddis: haberet. Nec placet mihi  
illa citatio tam absoluta (græci codices) quum va-  
rie legitur in græcis codicibus quod non raro cō-  
tingit. Q̄ si quispiam timēs Ioseph patrem Iesu  
vocare mutauit hunc locum: cur adhuc bis passus  
est eadem verba legi in eodem capite. Nam vno lo-  
co habes. (Et pater & matereius). Et altero. Ego  
& pater tuus.

Annotatio. XXXV.

Luc. iiij

**C**AETERŪ QUOD MATTHEUS.) ER. NONNULLINI  
misq̄ ridicule volunt hunc Nathan nō fuisse  
filium Dauid &c. (sequitur). Et i hac quidem sen-  
tentia video p̄pemodū fuisse diuū Hieronymū  
Edo. Non pro p̄modum: imo prorsus sic sentit.  
Et sentite o loco quo de industria his reb⁹: hoc est  
genealogijs explicandis impēse studet: scilicet vbi  
questiones hebraicas tractat admirabili diligētia  
Et id quidem non semel: sed iterū atq̄ iterū varijs  
locis. Vno loco his verbis. Ioel & Ionathā & Na-  
than p̄pheta: fratres fuerunt filij Sāmaa fratri  
Dauid. Quodvero in paralipomenon Ioel frater  
Nathā & in regū filius Nathā scribitur: hæc cau-  
sa est. Illic ponitur pro educatione pater: hic p̄na-  
tura frater. Hec Hierony. Vides diligentia: vides  
ut nihil omittit quod obstatre possit huic senten-  
tię. Alio loco sic. Et percussit eum Jonathan filii  
sammaa fratri dāuid. Jonathan ipse est nathan p̄-  
pheta: qui habuit duos fratres Ioel & Ionadab. In  
circo ei hic nomen patris ponitur: quia inter pra-  
liatores describitur. Vbi vero de prophetia eius

Scribitur: non ei annotatur pater: quod patre eius propheta nō fuerit. Postea adhuc tertio loco hoc modo. Ionathan autem patruus dauid: cōsiliari<sup>9</sup>/ ipse est Nathā ppheta: patruus vero honoris & p̄ ping tatis causa vocaſ. Annotatio. XXXVI.

**E** Ra. Lex erat si quis sine liberis discessisset: vt Eodem hui<sup>9</sup> frater instauraret posteritatē defuncti. Ita q̄ qui sic natus erat duos habet patres: alterū naturalē: ex quo natus erat: alterum legalē: in cui<sup>9</sup> nomē & progeniē succedat: nempe defuncti. Ed. Lex tantū iubet vt in nomen filij succedat: scilicet vt defuncti appelletur filius: non vt defuncti nomine vocetur. Hoc olim opinat<sup>9</sup> est Augustinus: sed recantauit. Annotatio. XXXVII.

**D** Icis posteritatē Solomonis defecisse in ocho Eodem zia refragāte historia regū. Nā. iiij. Regū. xj. sic scribiſ. Athalia mater ochozie vidēs mortuū filiū suū: surrexit & iter fecit oē semē regiū. Tollēs aut̄ iosa bafilia regis Iorā foror ochozię: Ioas filiū ochozię: furata ē eū de medio filior̄ regis: q̄ iterficiēbāt: & nutricē ei<sup>9</sup> de triclinio. Hic plane vides appellari Ioas filiū ochozię. Sed dicas nō natura: sed iure ahesari. Si nō natura fili<sup>9</sup>: cur tā diligēter puul<sup>9</sup> adhuc i cunabulis in domo ochozię enutrit<sup>9</sup> inter filios regis naturales: quū nec adhuc deesset illi spes futurę sobolis ex corpe suo. Quī etiā sup̄ stite ochozia: lōgā spes erat futuri regni filijs ahesari. Miror apud patrē nō fuisse enutritū nec pris nomēi scriptura explicatū: si ochozię fili<sup>9</sup> nō erat. Sed apti<sup>9</sup> adhuc q̄ ddā est i palipomenon vñ cōfir-

# IN

marí possit: Ioas naturalem filiū fuisse Ochoziæ.  
Ibí sic scribit. Nec erat yltras pes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ochozię. Siquidem Athalia māter eius vides q̄ mortuus esset filius suus: surrexit: & interfecit omnem stirpem regiam domus Iorā. Porro Iosabet filia regis: tulit Ioas filium Ochozię: & furata est eum de medio filiorum regis quū interficerentur &c. Quid clarius: nullam fuisse spem vt de stirpe quis regnaret Ochozię: nisi Iosabéth furata fuisset Ioas filium Ochozię. In quo significatur illum de stirpe Ochozię fuisse. Deniq̄ haud quaq̄ consentaneum est: nullum de his qui Ahesarim appellantur: vicinorem fuisse regno/ hoc cunabulario puerō. Qz si hic primus esset de Ahesarim: quum noua plerumq̄ tumultū pariāt: mirum est Ioiada sacerdotem: quum iam illi tradere regni diadema: non prius indicasse populo tūlum noui regis. Ut potest qui primus exorbitaret alinea Solomonica: quæ eis antea semper imperauerat. Quin & mirum est populum non commotum fuisse nouis rebus: vt plerumq̄ fit: sed incunctāter paruisse Ioiadę: quum produceret Ioas ceu filiū Ochozię: & ceu filiū regis: iam pridem sui. Si iam persuasum erat nullum ex Ochozia filium superstitem esset: periculum erat ne tanq̄ suppositius aliquis reijsceretur.

## Annotatio. XXXVIII.

Eodem **E**ra. Quum posteritas Solomonis defecisset in Ochozia: ex Simeon cognominato Ioas: qui prognat⁹ erat ex stirpe Nathan: filij Dauid:

instaurata est posteritas solomonica. Et postea (ne  
quis erat filius Ochozię natura: sed successione dū  
taxat &c.) Ed. Tota hęc deriuatio inanis est: nisi  
Nathan fuerit filius Dauid: at non fuisse grauissi  
ma Hieronymi authoritate cōprobatū est. Itaq;  
infirmum est: quod dicitur: Ioas ex Nathan stir-  
pe prognatum. At cōtra fuisse prognatum ex So-  
lomone: & Ochozię filium natura fuisse: præter  
apertissimas sacræ historiæ testimonia: que iam pri-  
dem citauit: Iosephus narrat atq; Hieronymus.

## Annotatio. XXXIX.

**R**a. Elich idem est cum Iehoiachin quem cor Eodē.  
Crupte vocant Ioachin. Ed. Hoc stare nō po-  
test. Nam quum Elich teste Africano: quem se-  
quunt Hieronymus & Augustinus: mortuus sit  
sine liberis: nō is Iehoiachin potest esse Pater Ma-  
rię. Itaq; nec per eum colligis hanc lineam esse na-  
turalem: sed contra. Nam quum Elich mortuus  
esset sine liberis: Jacob frater Elich vterinus susci-  
tauit fratri defuncto semen: iuxta decretum legis:  
& genuit Ioseph: qui sic erat legalis filius Elich.  
Hoc pulchre Nazianzen⁹ i carmie genealogico.

## Annotatio. XL.

**R**a. Atq; hinc colligere licet: Lucā Christia- Eodem  
nę genealogię naturalem seriem secutum esse  
non legalem: siquidem ad Christum respicias: sin  
ad Ioseph referas: contraerit &c. Ed. Ethocetiā  
illi fundamēto innititur: vt Nathan filius fit Da-  
uid. Quod etiam si concedatur non tamen colli-  
gis hanc lineam ex luca esse naturalem. Nā Elich

# IN

vt ostensum est: non erat pater mariae: quum mor-  
tuus sit sine liberis. Etiā Maria et Ioseph erant de  
eadem familia: & cognatione propinquā: iuxta de-  
cretum legis. Alioqui non licuisset ut communis  
fert opinio: inuicem coniungī matrimonio. De  
eadem vero familia & cognatione propinqua nō  
fuerunt: si linea Lucæ sit naturalis ad Mariam: &  
Matthæi ad Ioseph. Nam Ioseph quadragesimus  
esta Solomone: quum sint etiam tres reges omisi  
in ea genealogia. María vero a Nathan: si Elich  
filia erat: vigesimum sextum: aut septimum tenet  
locum. At mirū est quomodo cōuenirent in tam  
remotis gradibus Maria & Ioseph. Nec id ut vi-  
detur pateretur lex: quę in libro Numerorū præ-  
cepit: ut omnes ducāt vxores de tribu & cognatio-  
ne sua: ut hereditas permaneat in familijs: nec sibi  
tribus misceantur. Etiam & hic dissentit a te Na-  
zianzenus q̄ dicit Matthæū naturalē lineā expli-  
casse: Lucā vero legalē. Annotatio. XLI.

Eodem **D** Non probas: vt dicatur: Nathan illum:  
**E** per quem stirpis seriem deducit Lucas ad Da-  
uid: fuisse prophetam illū ipsius Dauid obiurga-  
tore. Nec dissentit Augustinus. Origenes tamen  
palā dicit illū Nathā fuisse: q̄ Solomonis arguit  
patrē sup morte Vriæ: homilia. xxviij. in Lucam.  
Idem Hieronymus. Annotatio. XLII.

Eodē. **D**Icis Ioas nō fuisse filiū Ochozię natura sed  
successione iuxta ius ahesarim. Ed. Nisi qđ  
affere iure Ahesarim somniū sit: mirum est nihil  
quicq̄ Hieronymo dictū de eare. Qui tā ptinaci

suit diligentia ut nihil omittaret qđ ad explanāda scripturę loca; vtcūq; videre ī doneum. Ita: vt pa- sim videre sit cōmētarīos suos Hebr̄orū traditio nibus respersos. Quos & consulit quoties ī lite- ris sacrīs inexplicabilis nodus occurrebat. Athic locus genealogię Christianę q̄ mire torserit oīm veterū ingenia; vel hoc argumēto sit: qđ aut nihil de ea ausi sint dicere: aut si dicerēt: id parum erat: & id quidem inquirendo potius: q̄ definiēdo: ita vt quo sđā videoas ceu fatigatos: non ad literam ex- plicare: sed alio torquere. Origenē nomino. Hie- ronymus credo repressus oraculo Esaīæ (genera- tionē eius quis enarrabit) aut commonitiōe Pau- li (interminabiles genealogias deuita) de hac re pa- rum. Quū tamen solit⁹ sit (etiam si nō probat) He- br̄orum traditiones referre. Id qđ de Ahesarim pculdubio fecisset vno aut altero loco: pr̄sertim de q̄stionib⁹ hebraicis: si hoc audisset ab Hebr̄eis suis: quos ille ea ētate habebat doctissimos pr̄ce ptores. Sed nec doctissim⁹ vir Paulus Burgeñ. in synagoga educat⁹: quū ī explicāda genealogia mul- tum exudauerit: de Ahesarim vīq̄ vel verbū facit.

## Annotatio. XLIII.

**A**Ddīs propemodū colligi posse Nathā fuisse Eodem Ahisar institutū: hoce est regiē stirpis īstaura- torē: ex libro regum tertio: capite. iiiij. Sic enim & illi appellari filium Nathan Ahisar. Ed. Ita pu- tas filiū Nathan qui illi pr̄positus dicitur Ahi- sar appellatum: quasi illud dignitatis vocabulum sit: hoce īstauratoris: quum Philo Hebreus ex

hebreo interpretatur(**אָחִיר** frater principis) etiā si scrupul⁹ sit de pūcto i dextro cornu(Sín)literę. Porro fuisse fratrem principis testatur Hierony. qui dicit eum fuisse filium fratris Dauid. Nam is modus est frequēs in hystoria sacra: vt qui sanguine iuncti sunt fratres vocentur: etiam si non desce derint ex eodem parēte vt docet Hierony. de quæstionib⁹ hebraicis. Vel forte minore negocio cōpingem⁹ hunc locum: vt dicamus zabus fuisse fratrem principis Azarię qui etiam fuit filius Nathan & prefectus simpliciter: vt dicit Hieronym⁹. Porro ea prefectura simpliciter excellentem quendam principatum portendit. Hoc postremū magis mihi arridet.

## Annotatio. XLIII.

Eodem Rñsio Erasmi. Confutatio. **E** R. Ad ahesarim pertinebat tribus Beniamini Edo. Christus de Iuda erat: nihil ergo illi cū istis ahesarim. Ref. Er. Non dico ahesarim fuisse de tribu Beniamini: sed terram tribus Beniamini pertinuisse ad ahesarim. Edo. Multa mihi argumēta sunt: non hoc te sensisse cum hec scriberes: sed postea cōmonitū forte ab aliquo amico diligentius relegisse locum apud ipsum authorē. Primum q̄ post annum q̄ accepere is hanc annotationē respondisti te hoc sensisse. Nā alioqui quid opus erat vt cunctareris tā diu cū hec p̄tissima sit satisfactio: & statim parata: vt posses respōdere: nec amplius differre. Neq; vero op̄ erat si hoc sensisti: vt ad angeliam hanc annotationem mitteres consulturus quendam illic in sacris literis summātē. Quod te

fecisse ipse mihi fassus es. **Hic** labor cassus erat: si  
 sic vere sensisti eo tempore. Preterea quid facit ad  
 genealogiam explicandam ut doceas que praedia  
 ahesarim sortitis sint. **Hoc** mihi imposuit quod su-  
 spiceret nihil illic dictum quod non pertineret ad eū  
 locum. Demum quid quod a las videris mihi peri-  
 citari an Christus fuerit de tribu Iuda. **Hec** dixe-  
 rim quod nolim videri calumniator: quo nomine (ut  
 audio) tu me notas nominatim p presenti annota-  
 tione. Iam expendamus sententiam authoris tui.  
 quod mihi videtur sapere iudeorum fermentum qui-  
 bus puto in hac parte minime fidendū: Quum  
**Hierony.** commentarijs in Micheam dīcatab his  
 multa eraſa: ne Christus de tribu Iuda ortus vi-  
 deatur. Etsic nescio quid venenī subsit. Nam idē  
 ipsum videor mihi posse elicere ex dicto autho-  
 ris tui. Dicit ad ahesarim pertinuisse possessionē  
 tribus Beniamin: sed quum ex sacris literis in li-  
 bro numerorum non licuerit transferri possessio-  
 nem a tribu in tribum: nam prēcipitur ut heredi-  
 tas permaneat in familijs: nec sibi misceantur tri-  
 bus: consequens igitur fuerit Ahesarim fuisse de  
 tribu Beniamin. Ex illo loco in numeris probat  
 Anneus Mariam fuisse de tribu Iuda. Nec con-  
 sentaneum est Beniamin fuisse sine possessione  
 Quin & satis erat Ahesarim si erat de tribu Iuda  
 ut gauderent possessione tribus suę quod multo am-  
 plior erat q̄ ceterarum tribuū. Itaque ut videtur al-  
 terum necesse est sequi vel Ahesarim de tribu Ben-  
 iamín fuisse vel ad Ahesarim terram tribus Ben-

# IN

iamīn non pertinuisse : quum vnūs trībus ter-  
ram in aliam tribū transferrī: contra legis prescri-  
ptum esset.

## Annotatione.XLV.

Eodem

**V**īetus translatio habet (Eterat' incipiens Iesu anno rū &c.) hunc sensum esse dicis. Et ipse Iesu ingressus erat annum trigesimum. Origenes vero Homilia. xxviiij. in Lucam: illud verbū (incipiēs) aliquam vīm habere putat. Quin & declarat quum in græco sit (ἄρχομενος incipiens) participium presentis temporis. Et ipse in textu ita vertis.

## Annotatione.XLVI.

Luc. iiiij **P**orro quod sequit̄ (Et dimisit illam.) Er. Mx  
Rñsio Ruisem reddi: eaq; reliquit illam: ne Christus videatur reliquisse puellam: vt ne cauiller. Ed. Mi  
Erasmi. obsecna cogitare de Christo. Cōsultius fuerit sa-  
pere ad tēperatiā. R. Er. Rursum hic nihil video  
causę: cur in me stomacheris: si ostēdi ex verbis in-  
terpretis aliud potius intelligi: q; quod sentite euā-  
gelistā. (Stans super illam Christus imperauit fe-  
bri: & dimisit illam.) aut repetēda erat (febris) aut  
(ea) addēdum. Et obsecro te Edouarde quę est hic  
impietas si volo sermonem euangelicū carere hoc  
incommodo? Aut quod sacrilegium si Christus  
dicat depulso morbo dimisisse puellam? Quam  
hic temperantiam in me requiris? Sed vidēdū est  
ne vt Diogenes Platonis fastum calcabat: sed alio

fastu ita tu meam intemperantiam insecteris: sed  
 alia itēperātia. Gratissimū est admoneri a tali ami-  
 co: sed meminisse cōuenit qvthominē mones: ita Confu-  
 mones homo. Edo. Nullus erat stomachus Eraſtatio.  
 me: sed tantum amice monui te quid mihi videre-  
 tur. Neq; vero quicq; asperius æquo vt ipse puto:  
 q; mihi lasciuire videreris i re tam sacra. Nam qua-  
 lis illa sermonis castitas (ne Christus videatur re-  
 liquisse puellam vt ne cauiller?) Quis non statim  
 videt: nisi is talpa cęcior sit: quid tu tibi velles his  
 verbis? Nihil opus erat q;cq; hic annotares. Nam  
 vtro referas: nihil habet momenti: nihil est pericu-  
 li: sensus bene habet: siue dicatur christus dimisi-  
 se puellam: siue dicatur febris: imperante Chri-  
 sto: dimisisse puellam. Et quod addendum putas  
 vel(febris)vel(ea.) Quid addis quod non inuenis  
 in græco: etiam cum calumnia: quum sensus sit an-  
 ceps: vt vtrouis referri possit: siue ad febrem: siue  
 ad Christum. Nec tamen quod explicasti sensum  
 tuum: hoc damno: sed quod immiscuisti illam ver-  
 borum lasciuiam(ne Christus videatur reliquisse  
 puellā vt ne cauiller.) Id scilicet est: quod damno  
 in te præsertim: primum. homine theologo: dein-  
 de iam olim sanctam religionem professo. Hic re-  
 uocarem ob oculos tuos: illam plusq; cęforiām ca-  
 stigationē: qua neotericos pcutis: ne p theologia:  
 matæologiā capessant. Et q; nam est intēperantia  
 mea eraſme: q; te amice monui: quo alijs prēripere  
 hanc ansam. Sed q; asperi solito: ea rō fuit: vt te ti-  
 bi exhiberē q; videbaris mihi abalienat? Quippe

# IN

qui tractans sacra animo tñ versareris in sordibus  
Et nihil dubita: satis eram memor: quē monui &  
qualis monui. Porro quod dicas gratissimum fuī  
se tibi admoneri a tali amico: si gratū erat: cur me-  
cum expostulas? Sed nunc plane scio me hominē  
monuisse: quum hoc sit vere hominis grauatim  
agnoscere culpam. At difficile diluitur: quod spe-  
ctante toto orbe perpetratur.

## Annotatio. XLVII.

**Luce. v.** **T**aut pene mergerentur.) Er. Lector aliquis  
**Inolens** illic perire apostolos: addidit pene. Ed.  
**R̄nasio.** Ethoc nasutū. R. Er. Quid hic nasi est si rideo le-  
ctorēm: qui de suo addidit pene præter euāgelicā  
**Cōfuta** veritatem. Ed. Quid est: ni nasus sit (lector aliq̄s  
tio. nolēs perire apostolos: addidit pene?) Satius fue-  
rit abesse hęc verba q̄ grauem virum non decent:  
præsertim ad iudicium orbis sua verba proferen-  
tem. Vellem scire: quem tibi proponis ad imitan-  
dum: dum hac ratione scribendi vteris. Non Ori-  
genem: non Chrysostomum: non Hieronymum:  
non Augustinum: non Ambrosium: & vt semel  
dicam: neminem prorsus ex veteribus theologis:  
sed nec ex neotericis. Et qui scis an exemplar græ-  
cum interpretis habuerit (pene) aut an liber tuus  
græcus male careat hoc verbo: quod videtur bene  
quadrare sensui.

## Annotatio. XLVIII.

**Luc. vij.** **B**eatí pauperes. Er. Hęc demū sunt: quae red-  
dunt vere Christianos: non argutiæ scotista-  
rum: aut occanistarum. Ed. Ni iniquus essem in

neotericos: & ipse confitereris hoc nō suo loco di-  
ci. Neq; vero illi tā male meriti sunt de ecclesia ca-  
tholica: vt hac inurant nota. Habet & Scotus prē-  
tet argutias: quę nihil malī continent; quin admo-  
dum sunt necessariae: si cum philosophis decerta-  
retur. Habet (inquam) sanctas & viles doctrinas  
ad pietatem. Et sēpe vsu venit: vt citra Neoterico-  
rum decreta: nihil prope habeant: imo vere nihil  
habeant: quisib; evidentur summates theologi: qđ  
respondeant consulti de re christiana. Nec satis  
parati sunt reddere rationem omni poscenti de fi-  
de. Scotus nullo loco contra religionem errat. R.  
Era. Ingens flagitiū si hanc Christi doctrinam: Respō-  
que nunc a plerisq; theologis vt crassa negligitur: sio Eras-  
scotistarum argutijs prēfero. Nec a me Scotus dā mi.  
natur: sed scotistarum argutię postponuntur huic  
philosophiae Christi. Adime Scoto quod alienū  
est: hoc est a veteribus sumptū: & videan quod su-  
perest: meretur cum hac doctrina conferri. Edo. Confu-  
Recense annotationem meam: diligentius inspi-  
ce: an hoc tibi imputauerim: q; scotistarum argu-  
tijs prēferas doctrinam Christi. Annotau te ca-  
ptasse occasionem contra scotistas & neotericos  
intempestiue: hoc est loco non suo. Nec doctrinā  
Christi postpone argutijs neotericorum: sed  
tantum assero eorum doctrinam ab hac calumnia  
q; non sit impia nec abhorrens a doctrinā Christi  
quin potius vtilis ad pietatatem. Hi nulla parte  
desciunt ab institutis fidei christianæ: nec a decre-  
tis veterum.

## IN

## Annotatio. XLIX.

Eodem Secundū hæcenim faciebant prophetis.) Er.  
**S**Græcilegūt ψευδοπρόφαται id est falso proph  
 tis &c. Ed. In exemplari tuo est (prophetis) non  
 Rñsio. (pseudo prophetis) R. Er. Iam emēdarā quanq  
 et in latinis antiquis ostendā tibi pseudo pphetis  
 Annotatio.L.

Eodem Si sit sicut magister eius.) Annotas græce esse  
**S**(perfectus autem omnis erit sicut magister ei<sup>9</sup>)  
 Ed. Hic sensus e græco non nihil habet ambigui:  
 quū noster sensus: & apertior sit & magis quadret  
**Q**zq nec puto tantum tribuendum græcis codici  
 bus: vt nullibi mendosi sint. Et quum ita habeant  
 græca: vt citas: relinquis tamen textum æditionis  
 antiquæ. Itaq nō correspōdent græca latini: nec  
 latina græcis. Suffragatur etiam veteri lectioni ille  
 iud Matthæi decimo. Sufficit discipulo si sit sicut  
 magister eius: quod sic etiam græce legitur.

## Annotatio. LI.

**L**uc.vij Sapientia afilijs suis.) Er. Apud Lucā addi:  
**S**tur omnibus τάπτωμ. Ed. In libris meis inue  
 nio (omnibus) q̄q non inuenio in græco tuo: nec  
 apud Matthēum: vbi eadem habetur sententia cī  
 tra illud (omnibus) Hieronymus dicit legisse se in  
 quibusdam euangelijs. (Iustificata est sapiētia ab  
 operibus suis.) Et in eum sensum addit. Sapiētia  
 non querit testimonium vocis: sed operum. Rel.  
 Rñsio Er. Quomodo omissum sit (omnibus) nescio. sed  
 Erasmi tamē in scriptis exemplaribus reperio. Velle min  
 dicasses locum apud Hieronymum: quo legit ope

ribus suis. Edo. Locus est commentariorum in Confu  
Matthæum capitulo. xj. tatio.

## Annotatio. LII.

**L**Achrymis cœpit rigare.) Er. Interpres omisit duas dictiones græcas. ἡ σέτα πάρα τοῦτο τὸ  
δέσμοντού δύτισθε κλαιουσα ἕρξατο βρέχει τοῖσθε κρυσταφ. Et stans iuxta pedes illius a tergo flens cœpit rigare. Itaq; deest tantū vna dicitio (flens) Eaq; sensu non deest sed implicatur. Nam si lachrymis rigauit: fleuit. Ethic non videtur imputandum ei: si omisit: quā alio verbo explicauerit: nisi forte verbū omissum archani aliquid preferret.

## Annotatio. LIII.

**C**Vidam fœneratori.) Er. οὐεὶς qđ nō solū Eodem fœneratore sonat: verum etiā creditorem: hoc sane loco magis quadrabat creditori: quandoquidem de officio loqui. Alioqui quis vñq; audiuit fœneratore cōdonasse cuiq; æs alienū. Ed. Hieronymus cōtēt<sup>9</sup> est hac lectiōe: quā citat cōmētarijs in Ezechielē. ca. xlīj. Scis etiā parabolā hanc esse nō historiā: ita vt nō sit necesse oia quadrare. Deinde nihil abhorret: vt Christus hoc loco sit fœnerator: quē & alibi legis expetisse usuram. Iterū qđ magis cōueniat immēsē illi in nos misericordię qđ vt simul cum peccatis: etiam peccati usuram peccatoribus condonet. Deniq; quis tam crudelis fœnerator: vt non condonet his qui non sunt soluendo? Quales fuisse hos duos debitores: euana-

## IN

R̄nsio gelū parabolice describit. Re. Er. De fœnerato  
Erasmi re liberum facio quid quisq; velit legere. Tantum  
Confu ostendo quid mihi magis probetur. Edo. Id ego  
tatio. ostendo minus probandum quod tu magis pro-  
bas quādo Hierony. nobiscum legit: nec sentētiā  
tuam ipse confirmas idoneis rationibus.

### Annotatio.LIII.

**E**T obstupuerunt parentes eius quibus prece-  
pit: ne cui dicerent qđ factū erat.) Er. Hic ar-  
gutatur valla nō conuenire parentes solos obstu-  
puisse: si turba aderat illa tota cuius ante facta est  
mentio. Pr̄terea quorsum attinebat interdicere:  
ne cui diceret: si res tot testib⁹ acta est. Ob hæc ne-  
cessē putat adiisci hęc verba quę sane i gręcis exem-  
plarib⁹ cōstanter visuntur(eiectis oībus). Edo.  
Quid tu nodum in scirpo Valla? Num ex euāge-  
lio clarum est non affuisse turbam illam totam?  
Num illuc legitur? Non permisit intrare secum  
quemq; nisi Petrum Iacobum & Ioannem & pa-  
trem & matrem puelle. Proinde plane vides illuc  
non fuisse turbam. Vnde nec necesse habes argu-  
tar si turba aderat &c. Et qđ addis (quorsum atti-  
nebat interdicere ne cui diceretur: si res tot testib⁹  
acta est). Quibus inquam testibus. Si turbam in-  
quis: ipse euangelij textus aduersatur. Si aposto-  
los tres: patrēq; & matrem puelle tot testes vocas:  
hic numerus non est tantus: vt propalandū time-  
as pr̄sertim monitis parentib⁹: ne cui dicerent:  
quum de apostolis nulla sit suspicio phibente ma-  
gistro. Qz vero hac argutiaductus necesse putas

addi hæc verba(eiectis omnib⁹.) Si necesse sit hæc addi:etiam & ea superiora tolli necesse est: quibus ipse textus palam dicit omnes eiectos præter Petrum: & Iacobum: & Ioānem: & patrem: & matrē puerilę. Nam ibi patet Petrum cum duobus socijs & parentibus: affuisse Qui si affuerunt: affuisse autem certum est: quū hoc dicat euangelium: quod tu non negas: inde conseq̄eſt non omnes eiectos fuiffe. Qui enim inuicem cōſtant: omnes eiectos: & hos tamē affuisse? Sic etiam legitur Marci quinto: Eiectis omnibus affluit patrē & matrē puerilę & qui secū erant. Idem Origenes homilia in Matthēum. xxxv.

## Annotatio.LV.

**P**Ermitte mihi primum renunciare his quę do mis sunt.) Er. Sed gręce legitur: Sed permitte mihi ut dicam vale his &c. Ed. Verbum græcū ἀπὸ ταξαδαι commune est vtricq;. Nam ἀπὸ ταττω renuncio significat & valefacio. Et Hieronymus renunciare interpretatus est homilia nona Origenis in Matthēū. Idem verbū in gręco Lucæ.xiiij. (Sic ergo oīs ex vobis q nō renūciat. (Quo in loco: idem verbum græcum (renunciare) etiam ipse interpretaris.

## Annotatio.LVI.

**I**N testimonium supra illos.) Quęſo cur nō potius aduersus illos? Adeo ne studio fuit corrupte dicere? Ed. Quid si non latine reddit: nū me retur incessi? Cui vni tantum debet ecclesia latina quantū post Hieronymū: nulli alteri. Quippe p

quem habet euangelium latīnum: & habuit multos iam annos. Quisq[ue] s[ic] erat: præstítit quod potuit: & ea forte ætate: plusq[ue] quisq[ue] alter: potuist. Nam tunc rarus érat græcitatís affectator in ecclesia latina. At hic quum tam pie imparitus sit officium sancte ecclesiæ: num exhibilandus est vt impostor aliquis: & non magis meretur gloriam: nullo sæculo intermorituram? Hieronymus si non semper subscribit interpretationi: nusq[ue] tamen dementacuit in interpretē. Sed nec respuit interpretationem vsq[ue] adeo: quin citet si quando ex vsu ve-

Rñsio nit: etiam nume am: cui non subscribit. R. Er. Sic Erasmi tueris sacro sanctum interpretem: quasi illi debeamus euangelium latīnum: iam milies versum. At Faber audet hunc etiam impietatis reum facere. Ego tantum linguam emendo. Neq[ue] quisq[ue] ita tributur hunc: quin fateatur fuisse hominem supi-  
num. Nec vllum fuit sæculum tam indoctum: quin habuerit hoc eruditiores. Qzais ab Hieronymo nō respui interpretationem huius: multis locis secus habet in quibus palim damnat ac rejecit. Tam & si Hieronymus nec hunc videtur secutus. Eta me sane nusq[ue] explodit: vt impostor: imo Confusio sepe defenditur aduersus calumniatores. Ed. Hic placet tibi ridere interpretem: dum sacro sanctum appellas. Euāgeliū dicis milies versum. Hoc nī tu probes: ego prorsus nego. Sed dem' tibi sepe fuisse versum: etiam si centies versum sit: hanc tamen interpretationem: quæ hodie paſſim legitur intē-

plis: suo (quisquis is erat) debemus interpreti per  
 quem vt dixi habemus euagelium latinum. Tam  
 etsi vele eo prohibebo credere saepe fuisse versum:  
 q nullam hodie extant exemplaria aliorum inter-  
 pretum. Neq; antiquissimi canones: aliam citant  
 lectionem: q quae in hac interpretatione habetur.  
 Ut hoc etiam argumento sit hunc interpretem pra-  
 cessisse Hieronymum aliquot saeculis. Fabrum di-  
 cis impietatis hunc notare: te vero tantum linguam  
 emendare. Num tu etiam impietatis notas quum  
 dicis? (Num aliqua virtus erat illi incognita?) in  
 annotatione quadam Marcii quinto. quasi hoc pos-  
 ses elicere: ex loco (vt putas) male verso ab hoc in-  
 terprete. Consentaneum est emendas Hierony-  
 mum: quantum saterat. Neq; post illum puto par-  
 esse: vt quicq; emendas. Qui si interdum simplici-  
 tatis: nusq; tamen impietatis notat interpretem.  
 Et non satis miror qua fronte audes: post tot san-  
 ctissimos ac doctissimos viros: linguam ecclesiæ  
 emendare: quum audias Paulum sermonem suum  
 profitentem esse in simplicitate: non in sublimita-  
 te: & malle quinq; verba sensu suo: q decem milia  
 verborum in lingua. Si sensus bene habet: quid  
 linguam emendas? Periculum est ne mutato ver-  
 bo: mutes & sensum. Id quod annotavi te fecisse:  
 & non emendas: sed corrupisse potius quædam.  
 Hominē dicas fuisse supinum. Ut illū nō eximo a  
 cōmuni hominum sorte quin interdū labi potue-  
 rit: ita non audeo dicere supinum fuisse in re tam

sacra: quam prope impium est tractes: ni totus incumbas. Malo illi imputes ignorantiam: quod supinatatem. Neutrum ego audeo imputare. Nullum saeculum fuisse dicens tam indoctum: quin hoc habuerit eruditiores. At tu me cogis: ut credam illi eruditionem praeter ceteros egregiam habuisse: quod ilius interpretationi palma delata sit: quum millae (sic enim dicens) praeter eum interpretes fuerint. Imputas mihi quod dixerim Hieronymum interpretationem non respuere. Hoc non dixi. Extat annotatione mea. Recense. Dicis nusquam abs te explodi: sed saepe defendi. Hęc an ita sint: iudicent qui legunt annotationes tuas.

## Annotatio. LVII.

Eodem **D**ilanians eum.) Er. η μόγιος ἀποχορεῖ ἀπὸ ἀυτοῦ συντρίβοτος ἀντὸν id est Et vix discedit ab illo lacerante se. Ed. In exemplari tuo non est (συντρίβοτος lacerate) sed (συντρίβων lacerans.) Nec bene cohæret ἀντὸν cum συντρίβων: sed esset σεαντὸν. Respō. R. Er. Iam deprehenderam lectionem variam: & si Eras mendaram. Cæterum placet quod etiam græce nos mi. doces: dicendum fuisse σεαντὸν non αὐτον: nisi quod ἀντὸν prima aspirata idem pollet quod σεαντὸν. Ed. Confu. Monui: & quidem saepe abs te rogatus: nō docui. Nec id contra me est: quod medoces de ἀντὸν prima aspirata. Nam ἀντὸν hoc loco non habet primam aspiratā: quod & ipse alibi doces: hoc de ἀντὸν prima aspirata: a græcis scriptoribus nō perpetuo obseruari. Id quod ante te: monet Valla: in libro quem scripsit de reciprocatione.

## Annotatio. LVIII.

**H**ic maior est.) Ex græco sic legis (qui enim mihi Eodē.  
 non fuerit inter vos omnes: hic magnus erit)  
 Ed. Ex alijs euangelistis potest liquere: hunc locū  
 græce esse deprauatum. Nam id sedulo egit Christus:  
 vt non magnifice de se sentirent: nec mundanos  
 honores curarēt. Et quia eo vidit inclinatos:  
 accito paruolo: humilitatis formam proposuit.  
 Quicunq; humiliauerit se: sicut paruulus iste: hic  
 maior est in regno cœlorum. Nō dicit maior erit.  
 Sed apud Marcum: Sí quis vult primus esse om-  
 nium: erit nouissimus: & omnium minister. Hoc  
 omnibus modis egit: vt affectationem præcellen-  
 tie tolleret. Sic videtur mihi: magis conuenire sen-  
 sui euāgelico (est) præsentis temporis: q(ue) (erit) futu-  
 ri. R. Er. Prorsus idem sentis: quod ego: de maxi-  
 mis & minimis. Ostendit enim viam qua quis ve-  
 remaximus esse possit. Ne hic video quid aduer-  
 sus nos disputes. Ed. Lōge diuersum videtur mihi: Cōfuta-  
 stoli in præsentia fecerunt: respōdeat (Qui minor  
 est: hic magnus erit.) q(ue) si respōdeat (qui minor est  
 inter oēs vos: hic maior est.) Nam carnales adhuc  
 apostoli: qui & tēporale regnū expectabāt: illam  
 defuturo pollicitationem: statim referrent ad mū-  
 danum fastum: nempe sic (vt verisimile est) Christi  
 dictum interpretaturi. Sperate aliquando fore: vt  
 omnes sitis magni: etiā qui minimus est inter om-  
 nes vos. At vanam hanc cogitationē prorsus præ-  
 tipit: qui respondet de præsenti: (qui minor est in

# IN

ter omnes vos: hic maior est: ) ac si dicat. Hæc in  
animos vestros cogitatio irrepuit: quis vestrum ma-  
iore est. Ego pronuncio illum maiorem esse: qui mi-  
nor est: id est qui se humiliat sicut parvulus iste.  
Eo maior est e vobis quisque ceteris: quo est parvus  
lo similius.

## Annotation. LIX.

**Luc. xij.** **S**i perseverauerit pulsans.) Er. Hoc in plerisque  
græcorum codicibus non repperi. Ed. Sed nec  
in erasmico exemplari sunt haec verba: quum tam  
contextus latinus habeat: quod possit græce nescie-  
tibus imponere. Satius fuerit abesse latina: quam ea re-  
gione ponit: quæ non respondent græcis: aut qui-  
**Rñsio** **Erasmi** **Confu**  
bus non respondent græca. R. Er. Quasi vero po-  
tuerim unus: omnium vel errata vel iudicia praesta-  
re. A de tu librum: in quo nusquam cessatum sit: & pro-  
virili imitabimur. Ed. At non debueras præcipi-  
tare: tantæ (ut tu forte putas) gloriae opus: incon-  
summatum. Hic accuso supinitatem tuam. Quia in-  
expiable est tractare res sacras negligenter. Hor-  
taris ut ipse quidam librum in quo nusquam cessatum sit  
& provirili: polliceris te imitaturum. Ego mecum  
statui: non prius docere alios: quam ipse didici. In quo  
(inquis) nusquam cessatum sit: quasi vero raro: & non  
sæpen numero cessatum sit in annotationibus tuis.  
Decet millies olfieri: quod ad iudicium omnium  
proferendum sit.

## Annotation. LX.

**Eodem** **L**VCerna corporis tui.) Er. (tui) non additur  
a græcis. Et sensus magis quadrat eo amoto,

Fitenim catholica sententia: vt superius iudicauimus. Edo. Refers forte ad annotationem huius loci in Matthæo: quam statim citabo. Sed de hac primum. Sensem dicis magis quadrare: si nō addatur tui. At si quis loci consequentiam notet: videbit oportere addi: & tui & tuus. Nam sequitur. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Ibi addita sunt pronomina(tuus)&(tuum) quæ explicant superiorem sententiam. Et postea. Vide ne lumen quod in te est tenebræ sint. Et iterum. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit &c. Ista satis declarant sententiam nihilominus esse catholicā. si addatur(tuus)&(tuū) pronomina. In Matthæo ita annotas. Non additur in græcis exemplaribus(tui) sed tantum(corporis.) Et sententia plusculum habet dignitatis: si omittat ut sit absoluta. Quod lucerna est in domo: id est oculus in corpore: nō in tuo solum: aut meo: sed in quo quis hominis: aut animantis corpos. Nec est oculus tuus: sed tantum oculus. At quod ita legit diuus Chrysostomus. At quod ita citat Hieronymus scribēs aduersus luciferianos &c. Ed. Quid prohibet & hanc sententiam esse absolutā (lucerna corporis tui est oculus tuus.) Peride at quod illam: lucerna corporis est oculus: quū vtrobique indiscriminatim ad omneis sermo sit: non ad hūc aut illū. At quod hic modus loquendi: cōmutata psona frequēs est: & in literis sacrīs: & apud emēdate loquentes: vt ipse melius scis: Sed quod additur. Quod est lucerna in domo: hoc est oculus in corpore:

## IN

non in tuo solum: aut meo: sed in quo quis hominis  
aut animantis corpore: nihil facit ad sensum euangelicum. Id quod me tacente dicit Chrisostomus:  
qui & (tui) & (tuus) addit: etiam declarat: contra annotationem tuam: cuius verba subscrivo. (Lucerna corporis tui est oculus tuus) Prius commemorare debemus: quia non de corporali oculo loquitur sermo: nec de hoc corpore: quod videtur a foris. Alioqui dixisset: si oculus tuus sanus fuerit: aut infirmus: nunc autem dixit simplex: & nequam. (Post ea: qbusdam intermissis.) Postq̄ ergo dixit (Thesaurizate vobis in cœlo: quoniam ubi thesaurus tuus fuerit: ibi erit & cor tuum.) conuenienter subiunxit (lucerna corporis tui: est oculus tuus. Hæc Chrisostomus. Vnde patet & ex Chrisostomi sententia (tui) & (tuus) oportere addi: & ex literæ constantia. Nam præmissa sunt (thesaurus tuus: & cor tuum.) Sed & Hieronymus contra Iouinianum libro. iij. sic citat: lucerna corporis tui: est oculus tuus. R. Era. Quid facies si sic consentiunt  
sio Eras græca cū vetustis latinis exemplaribus? Quod aī  
mi. Chrisostomum secus legere: scias in initio securum  
me græcum Chrisostomum: & ab eo volumine de-  
stitutus: nam erat imperfectus: securus sum inter-  
pretem. Primum: oculū sentit animantis: & quod  
est veritatis ponit καθολικῶς. Deinde quo demon-  
stret efficacius: quod est allegorię: accommodet ad p  
Confutatio. sonam (oculus tuus.) Ed. Conferant: qui legunt  
annotationem meam cum respōsione tua. Legant  
etiam ipsa Chrisostomi verba: ne pluribus tecum

agam in re tam clara.

## Annotatio.LXI.

**I**N sublime tolli. Er. μετεφρίζεδαι quod non **Luc.xij**  
proprie pertinet ad tumore: quod græcivocant  
μεγαλαφροεῖη; sed magis ne curemus ea quæ supra  
nos sunt: μετέφρα enīm vocantur ea quæ sunt in nu-  
bibus: & in sublimi aeris regione. Vnde Meteoro-  
logica scripsit Aristoteles. Consentit cum doctri-  
na Christi dictū illud Socraticū: (Quæ supra nos  
nihil ad nos.) Ed. Satis perspicuum est hoc loco  
μετεφρίζεδαι translatitium esse: & spectare ad affe-  
ctatam aestimationē. Nam quod hoc loco Lucas  
habet: (nolite in sublimi tolli) Matthæus quū cæ-  
tera conueniāt: habet: (& quomodo operiamini.)  
Sequitur in vtroq. Hęc enim omnia gētes inqui-  
runt. Nolite(habet Matthæus) solliciti esse: dicē-  
tes: quid manducabimus: aut quid bibemus: aut  
quo operiemur. Hoc vltimum(quomodo operie-  
mur) respondet illi sententiæ in Luca. Nolite in su-  
blime tolli: quasi diceret. Hęc cura tenet animos  
gētiū: quomodo operietur: vt procedētes in pu-  
blicum: estimari possint: & honorari a videntibus  
Sed hęc vos cogitatio non sollicitet. Nolite in su-  
blime tolli: hęc enim gentes inquirunt: Neq; hoc  
monuit Christus quæ supra nos sunt: ne curemus:  
qui antea per Solonē præmonuit: vbi mirabi-  
lia in firmamento enarrat. Vide(inquit)arcum: &  
benedic qui fecit illum. Et sēpe in scripturis cōmo-  
nemur contemplari opera dei. At illud Socraticū  
q; longe dissentit a doctrina Christi: probe ostend-

# IN

dit Lactantius: diuinarum institutionū libro. iiiij.  
hīs verbīs. Ex Socratīcīs puerbijs vñū eligam: qđ  
ab omnībus sīt probatum celebre. Hoc prouer-  
bium Socrates habuit. Quæ supra nos: nihil ad  
nos. Procumbamus igitur in terram: & manus no-  
bis ad preclara opera datas: cōuertamus in pedes.  
Nihil ad nos cōlum: ad cuius contemplationem  
sumus excitati. Nihil ad nos deniqđ lux ipsa peri-  
neat. Certe vīctus nostri causa de cōlō est. Qđ si  
hoc sentit: non esse de rebus cōlestib⁹ disputan-  
dum: ne illorum quidem rationem poterat cōpre-  
hendere: quę sub pedibus habebat. Quid ergo?  
Num errauit in verbīs? Verisimile nō est. Sed nī  
mīrum id sentit quod locutus est: religiōni min-  
me seruiendum. Qđ si aperte diceretur: nemo pat-  
retur. Hec Lactantius. Vnde apparet: voluisse So-  
cratē: his verbīs tollere religionem.

## Annotatio. LXII.

Eodem. **C**Onfessus fuerit me.) Er. Grēce est ἐπέστιον  
Cest in me: Sic non est: confitebitur eum: sed in  
eo. Ed. Hieronymus interpres Origenis in Lu-  
cam habet (cōfessus fuerit me / & cōfiteboreum)

## Annotatio. LXIII.

Eodem. **C**Vīus erant.) Er. τίπις εἰσαὶ. id est cui erant. Ed.  
Hieronymus in Ezechielē legit: cuius erunt

## Annotatio. LXIV.

Lucæ. **C**Vstabit coenam meā.) Er. Hoc loco addit  
xiiij. **G**libri grēci (Multi enim sunt vocati: pauci ve-  
ro electi) qđ id non reperiatur in oībus exēplariib⁹  
Ed. In exemplari Erasmico non est.

## Annotatio.LXV.

**I**Turus committere bellum. Er. ἀπέρχεται συμβα  
λεῖτο εἰσ πόλεμον/ id est abit ut confligatur con-  
grediatur in bello. Ed. Hoc verbum (ἀπίρχεται. i.  
abit) non est in exemplari Erasmico; sed πορεύομε-  
νος participium.

## Annotatio.LXVI.

**N**Vnchic consolat.) Ed. In græco illud (hic) Lu.xvj.  
græce est ὡς τε quod significat (hoc loco) Et mi-  
rum q̄ nihil hic annotas: quum (ὡς τε) non videatur  
conuenire huic loco: sed (hic pronomen) quod ap-  
parere potest per pronomen sequens cum aduersa-  
tiva coniunctione ( tu vero ) Ibi ( plusq Salomon  
hic) annotasti ὡς τε ibi esse. Ego tamen puto: vt roq  
loco magis conuenire (hic pronomen) & sicut hoc  
loco: ita & altero: deprauatum esse codicem.

## Annotatio.LXVII.

**D**E sub cælo in ea que sub cælo sunt.) Er. εκ Lu.xvij  
τῆς ὑπὸ δύραρος εἰσ τὴν ὑπὸ ὀντογόνη. E regione q̄  
sub cælo est: in ea que sub cælo est. Hoce est ex una  
cœli plaga in aliam. Ed. Idem prorsus est sensus  
in antiqua translatione: & in Erasmica annotatio-  
ne: q̄q in translatione contextus alius sensus est:  
qui non respondet græco. Nam ibi est: e regione  
super cœlesti in eam que sub cælo est.

## Annotatio.LXVIII.

**V**Erebūtur forte filium.) Edo. Sic græce. Nū Lu.xx.  
hic etiam dicas (forte) græcis additum a quo-  
piam: qui verebatur: ne deus mentitus videretur:  
aut inscius futuri:

## IN

## Annotatio. LXIX.

Lucæ.  
xxiiij.

**E**T factis sunt amici Pilatus & Herodes in ipso die. Nam antea inimicierant inter se.) Ed. In græco post (ipsa die) sequitur μετά ταῦτα λέγει: quod Erasmus nec reddit in contextu: nec annotat quicquid de his verbis.

Sequuntur annotationes in Ioannem.

## Annotatio. LXX.

Ioan. j.



**T**De userat verbum.) Er. Hoc loco (deo) non additur articulus: quia tamen vere ac natura: deum significet. Verum id facit coactus: alioquin non poterat simul explicare diuinam essentiam: cum tribus communem personis. Nā si vtricq; addidisset articulū (καὶ δὲ δοκίμη λόγος) iam confudisset personarum proprietates: atq; hic fuisset sensus. Et ille deus: nempe pater: erat illud verbum: nempe filius. Rursum: si deo addidisset articulū: non verbo (καὶ δὲ δοκίμη λόγος) iam duo significasset verba: & sensus fuisset. Etille deus nempe pater: erat & ipse verbum quodam: & si non idem verbum: quod filius: tamē aliud verbum. Nunc quoniam verbo addidit articulum: & deo non addidit (καὶ δὲ δοκίμη λόγος) christianam expressit sententiam: sic ut alio detorqueat non possit: nimirum hanc. Et illud idem verbum: quod modo dixi in principio fuisse apud deū. erat deus: hoc est particeps diuinę essentię. Ed. Quoties legis sub appellatione dei: articulo addito δοκίμη comprehendit naturam: non tantum vnam p

sonam: sicut nihil periculi fuisset in christiana veritate: si ita dictum fuisset (νὸς Θεός μὲν οὐρανος) quū etiam articulo addito: sāpē sit appellatio naturæ: non personæ: quod subscripta loca monstrabunt.  
 R.O.ij. (γιγενέσθε δὲ Θεός αλλοθάτο. i. Sit vero deus rex.) Philippī.ij. (οὐ Θεός γας εστιν οὐ Επεργάντης οὐ τὸ Θελόμονα τὸ Εμεργεῖται. i. Deus enim est qui opera est in nobis: & velle: & perficere. Et actuum. x. Deus nō est acceptor personarum. Et ibi. ij. Petri.ij. Si deus angelis non pepercit. In his oībus est articulus: quum tamē appellatio sit communis naturæ. Quin raro inuenies appellationem dei: vt natura est sine articulo. Vnde colligo articulum non personam dicere: sed veritatem potius insinuare dei de quo sermo est: contra falsos deos. Id quod notasse mihi videris īpe Philippeī.iiij. quū (τῷ Θεῷ) interpretaris (deo vero) Quid nec id perpetuum quādem vt articulus hancephasim habeat. Etiā si articulus personam patris explicat: q̄ in eptum est il lud Pauli (οὐ Θεός καὶ πατὴρ;) Nam implicatur primo loco: quod additur secundo: vt hoc sit: si reddatur (deus qui est pater: & pater) quū nihil plus significet (pater) primo loco q̄ secūdo: nempe personā patris: si eam vim habet articulus. Quid etiam: q̄ interdum vbi fit mentio de patre sub nomine dei: non additur articulus: sicut ibi Ioā. xx. (Ascendo ad deum meū &c.) grēce. νὸς Θεός μου: καὶ Θεός υμῶν) & alibi sāpe. Non videtur ergo articulus: notio patris: tum q̄ preponatur communī naturę: & filio: tum q̄ sine articulo fiat mentio de patre. Sed & ar

# IN

ticulus additus verbo: nota est eterni verbū: quo & discernitur a verbo creato: vt notat Chrysostom⁹ his verbis. Et ne omnino quispiam verbū ipsum: id esse quod profertur: aut quod intra hominē est: arbitrare ē: per articulum eam amouet suspicionē.

## Annotatio. LXXI.

Eodē.

**E**RAT verbū: hoc est participes diuinę esse. Etiae.) Edo. Hāc locutionem non admittunt theologī nec veteres nec neoterici: quū' eadē sit singularis natura in tribus personis. Neq; in tribus vt ipsi loquuntur plurificatur: sed eadem numero est. Participatio vero: communicationem essentię diuinę: hoc est plurificatæ: importat.

## Annotatio. LXXII.

Eodem

**O**MNIA per ipsum facta sunt.) Er. Rectius vertisset (per illud) nisi maius pronomen ipsum referre ad deum patrē. Verū huic sensui refragat præpositio (a: à per) quę pugnat cum ratione principiij. Ed. Capite euangelij Ioannis. viij. negas competere in verbum absolutam principiij appellationem. Quamib; vt mihi vide ē plus satis: sed hic multo magis adimis verbo. Nam præpositiō nem (a: à per) quam verbo tribuis: quum non audias tribuere patri: dicis pugnare cū ratione principiij. Hinc protinus sequitur: vt etiam dicas: cum verbo pugnare appellationem principiij: vt prorsus sit repugnantia: si verbum dicatur principiū. Contra hoc annotatione quadam in ca. Ioannis viij. non nihil diximus: cōfirmantes verbum esse absolute principium: & id quidem: tum ex sacris

literis: tum ex veterū authoritate: quo loci remittimus lectorem. Hic dicis præpositionē (diā per) pugnare cum ratione principij. Sic amoues a patre: vt ne quicq̄ dicatur factum per illum. Sed hīc tibi os obstruit Paulus: quum inquit. Fidelis deus per quem vocati estis in societatem filij eius. Per quem (inquit) vocati estis. Illud (per quē) scio nō referes nisi ad deum patrem: ne duos illi facias patres. Sed & alio loco (per voluntatem eius) quid nī ad patrē refertur? Hac frētus authoritate Chri sostomus commentarijs in Ioannem: dicit quoſdam hēreticos sensisse præpositionem (diā) dīmīnutionem filij a patre significare. Contra quos p̄ bat singula hēc (ex ipso) (per ipsum) & (in ipso) ſingulis personis diuinis cōpetere; vt etiam (ex ipso) quod hēretici ceu dignum quiddam & præcipuū patri attribūt: de filio comprobet dici: in epistola ad Colloceū. iij. ibi. (Ex quo totum corpus per nexus: & coniunctiones subministratum & constructum: crescit in augmentū dei.) Illud (ex quo) hic apud Paulum de filio dicitur. Et antea capite primo. (Omnia per ipsum: & in ipso creata sunt.) Eadē frētus authoritate Hieronymus cōmetarijs in Amos p̄phetā: nō vere dīcere. Oia p̄ patrē facta sunt: siquidē ibi refert (p̄ ipsum) ad patrē: qđ p̄ prie facit cōtra hūc locū. Et queso te: quoties legis ipsi simplicissimē essentię tributam præpositionē (per) Vt infinita loca prætereā: ibi. (Per met ipm iurau.) Etī Paulo. (Oia ex ipso: p̄ ipsum & i ipo) vtoēs hē præpositiones ad naturā dei referantur.

## IN

Et cur timeas dicere: per deum factū esse hunc mū  
dum: id est per illam naturam æternam. Nam p̄e  
ter singularum personarum notiones quas vocat:  
quid personē das quod nō audeas dare naturæ? ni  
si singulis p̄sonis singulos dīstrībuīs administrā  
dī modos: qui sic sunt personarum: vt nec sint sibi  
inuicem: nec naturæ communes. Sic p̄erīculum est  
diuidas: illam simplicissimam vnitatem. Hoc sum  
mopere cauerunt theologī: & veteres: & neoterici  
ne opera trinitatis separarent: in creaturarū dispē  
fatione. Porro si per illam dei essentiam fateberis  
quicq̄ factum: per patrem hoc negare factū: aper  
ta fuerit repugnantia. Annotatio. LXXIII.

Eodem

**S**ine ipso factum est nihil.) Testaris Chrisostomū:  
h̄ereticos quoſdam distinguere ad hunc  
modum (sine ipso factum est nihil:) Atq̄ hic inter  
posita diaſtole: ſubiſciunt. (Quod factum est in  
ipſo: vita erat:) interpretates ſpirītū sanctū: quē  
creaturam faciunt intelligi: in eo quod dicitur (qd̄  
factum est.) Ed. Plane h̄eretici ſunt qui ſpirītū  
sanctū putant creaturem: & qui ad hunc modū  
interpretātur. (Quod factum est &c.) ſed non ita  
qui legit (ſine ipſo factum est nihil) interpoſita dia  
ſtole. Nam ſic interdum reperio apud Hierony  
mum legi: vt vnum locum citem ex commentarijs  
in Hieremiam. Sic & apud ipsum Chrisostomū  
homilia. xvij. in Ioannem.

Annotatio. LXXIII.

Eodem

**E**R. Cæterū q̄ quidam interpretant̄ (nihil) pec  
catum: aut malitiam: etiā ſi Hieronymus nō

reijceret: tamē per se fruiolum est: & argutum magis: q̄ theologicum: q̄q̄ ad eum modum interpretatur Augustinus. Ed. Quo loco Hieronymus reijciat: nescio. Vbi(nihil) peccatum ipse interpretatur: locum profero ex commētarijs Ozeę super hunc locum prophetæ. (Conuersi sunt in nihilū) Quicquid contrarium est veritati (inquit Hieronymus) mendacium est: & nihil.

## Annotatio.LXXV.

**E**R. Mox cum peculiari modo ipsum verbum Eodem vitam appellat(vita erat lux hominum) apposuit articulum: veram illam & ineffabilem vitam significans (ψὴ ζωὴ ἡμῶν τὸ ψῶσ.) Ed. Si verbum vita appellatur: addito articulo: cur non etiam deus appellatur: addito articulo? Q̄q̄ doceri cupio: si articulus additus: facit vitam illam veram: ac ineffabile significari: quid sibi vult articulus additus in epistola Iacobi? Quæ est vita vestra? η ζωὴ quā statim respōdeatur: vapor ad modicū parens &c.

## Annotatio.LXXVI.

**C**Vī nomen Ioannes.) Er. Ex græco(nomē il. Eodem ali Ioannes) & mutauit non nihil latinus interpres: & addidit de suo: idq̄ nulla compulsus necessitate: ne quis nobis succenseat: si quid forte mutauimus alicubi: vel adacti necessitate: vel in uitati commoditate. Ed. Non est hic locus tam grauis (etiam si mutauerit interpres) vnde depreceris crimen: si quando sentētiā mutaueris. Nam quod hic notas leuiculum est.

## Annotatio.LXXVII.

# IN

Eodem **E**Rasmus. Nec est simpliciter missus: sed ἀνισαλμέρος participium eius verbī: vnde dicti sunt apostoli. Edouar. Idem verbum est in Luca: ἀπεσάλη ὁ ἄγγελος: vbi ipse interpretaris: missus est angelus.

## Annotatio.LXXVIII.

Eodem **E**R. Quando cūque veram illam & suapte naturā lucem significat: articulum addit: τὸ φῶς τὸ φωτός. Hic item: quum negat Ioannem esse lucem: non dixit ὅνκαλος ἐκείνος φῶς: hoc est non erat ille lux: sed ὅνκαλος ἐκείνος τὸ φῶς: nō erat ille lux illa: non erat illa vera lux. Ed. Quid ergo dices de illo loco Matthæi quinto: quo ipsa lux vera apostolis dicit: (ὑμεῖς ἔστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου.) Et postea eodē (λαμψατὸς τὸ φῶς τοῦ μόνου.) In utroque loco addit articulus. (vos estis lux mundi.) Et postea (luceat lux vestra.) Etiam cur non dicatur verbum ὁ Θεός sicut τὸ φῶς: quum sicut est deus ex deo: sic est lux de lumine. Postremo si τὸ φῶς significat illam veram lucem: hoc faciente articulo: quid opus erat addi (ἀληθινὴ vera?)

## Annotatio.LXXIX.

Eodem **Q**ui post me venturus est: ante me factus est.) Er. ἔχομέρος a verbō ἔχομαι: quod ad utrumque tempus solet accommodari. Quia hoc loco vertendum erat per præteritum: propterea quia adhæret verbo preteriti temporis γέγονεν ad hunc modum (Qui quū post me venerit ante me factus est) vt intelligamus Christum & serius natum fuisse: & se

rius prædicare cœpisse: sed tamen authoritate an-  
teuenisse. Et in hanc ferme sententiam ædifferit  
Cyrillus. Chrysostomus altiora quædam mauult  
sectari: verum haud scio an ad huius loci sensum  
accommodatoria. Nam (factus) positum est: pro  
eo quod est (cœpit esse.) Qui post me veniebat: cœ  
pit esse ante me: hoc est qui sequebatur: iam præ  
cessit: & prior me erat: (prior) positum est pro po  
tior: ac' potentior. Edouar. Chrysostomus nobis  
cum legit: (qui post me venturus est: ante me fa  
ctus est) & interpretatur. Cuius verba subscribā.  
Quod autem dicit (qui post me venturus est) hoc  
est: prædicaturus: non futurus: hoc & Matthæus  
significat dicens: post me venit vir: cuius genera  
ratio: non ex Maria: sed ex aduentu secundum præ  
dicationem. Nam si de generatione dixisset: non  
præsenti sed præterito usus esset tempore. Na  
tus namq[ue] erat Christus: quum italocutus est Io  
annes. Quid autē significat: (ante me factus est)  
Clarior videlicet a honorabilior. Nolite enim  
inquit: & si prior venerim ad prædicandum: ideo  
me illo maiorem arbitrari &c. Quod his verbis  
Matthæus ostendit. Non sum (inquit) dignus sol  
uere eius corrīgiam calciamēti. (Et quibusdam  
intermissis.) Sed quum de honore disputetur: nō  
ab re apparentem soluit dubitationem. Etenim  
credibile erat multos dubitasse: qua nam gratia:  
qui posterius venit: ante factus sit: hoc est honora  
bilior. Huius igitur quæstionis mox causam af  
fert: quia prior me erat. Hoc est: prior me erat

# IN

(inquit) quis posterior venerit. Hec Chrysostom⁹  
Primum: ex hac interpretatione patet: Chrysosto-  
mū contēdere ut (venturus est) legatur. Deinde: q̄  
nude & simpliciter aperuit sententiam euangeli-  
cā: nihil sublime secutus. Postremo: q̄ illud (prior  
me erat) non ad dignitatem referat: sed ad tempus  
vel potius ad æternitatem.

## Annotatio. LXXX.

Eodem **Q** Vía non sum ego Christus.) Er. Autverte  
dumerat: omissa coniunctione &c. Verū ad  
huiusmodi míutila sæpen numero sc̄ies ac prudēs  
coniueo ne lectori moueam nauseam. Ed. Quis  
tam delicatus erit? Quin reputabit secum potius  
benignus lector: quanti debeat esse interpres hic:  
apud totam ecclesiam qui tam pie imparitus est  
quod potuit.

## Annotatio. LXXXI.

Ioan. iij. **Q** Vid mihi & tibi.) Er. Græce reddit. Nam  
latine dicendum erat: quid mihi tecum. Ed.  
Bella cōditio interpretis: si latine interpretatur:  
accusatur nō explicasse græca. Si græce reddit: hoc  
vitio daſt nō satisfecisse latinis auribus. A Equior  
est in interpretem Hieronymus.

## Annotatio. LXXXII.

Eodem **Q** Vod ipse nosset omnes.) Er. (omnia) est græ-  
ce (τὰ ὡραῖα) Ed. In exemplari erasmico est  
ωραῖας omnes.

## Annotatio. LXXXIII.

Ioā. iiij. **N** Isi quis renatus.) Er. γερρηγόν/ id est genitus si  
ue natus fuerit. Ed. Chrysostomus renatus

legit: & interpretatur.

## Annotatio. LXXXIII.

**Q**ui est in cœlo.) ὁ ὡρ ἐπ ὀνεαρῷ. Particípium Eodem  
verti poterat per præteritum ímperfæctum.  
Qui erat in cœlo: videlicet priusq̄ descēderet. Ed.  
Et postq̄ descendit: iam versatus in terra: nūquid  
tum etiam erat in cœlo? Descēdit quippe verbum  
non locum mutans: sed semper manens in sinu pa-  
tris. At quod dicit: filius hominis qui est in cœlo:  
cōmunicatio est idiomatum: id quod notat Chri-  
stostomus.

## Annotatio. LXXXV.

**S**ed ira dei manet.) Eras. μέμεντος / id est manebit. Eodem  
Ed. In exemplari Erasmico est μέμεντος manet: &  
magis quadrat: quumeodē loco legatur. Qui nō  
redit: iam condemnatus est.

## Annotatio. LXXXVI.

**N**on enim coutunt.) Er. Quis vñq̄ dixit cou Ioā. l*ij*  
ti &c. Ed. Interpres Chrifostomi: vt iñ hoc  
verbo: & Hieronymus q̄stioē quinta ad Algasiā.

## Annotatio. LXXXVII.

**D**escendit in piscinam.) Er. In piscinam nō Ioā. v.  
est in græcis &c. Ed. Verum quidem est in  
exemplari Erasmico non esse: reliquit tamē in la-  
tino. Sed quis tam iniquus: vt suspicari possit: ad-  
diturum fuisse interpretem nostrū: nisi sic habuīs-  
set græcus codex: quo vtebatur.

## Annotatio. LXXXVIII.

**E**t quærerit in palam esse.) Era. εἰ πάρα ποιεῖται / id  
est in libertate esse: hoc est libere & audacter  
loqui. Ed. Hāc interpretationem: sensus ipse nō  
k *ij*

# IN

patitur. Quæ enim sermonis consequentia? Nemo in occulto quid facit: & quærít ipse in libertatem esse: vel libere & audacter loqui. Volebāt apostoli ut fama de eo spargeretur. Videant (inquit) discipuli tui opera tua. Et consequenter: postquam dixerunt: nemo in occulto quid facit: & quærít in palam esse: manifesta (inquit) te ipsum mundo. Ita volebantem palam esse: ut mundo manifestaretur. Quare Chrisostomus dicit hæc verba (in palam esse) vanę glorię suspicionem habere.

## Annotatio. LXXXIX.

Eodem. **N**on enim volebat in Iudeam ire. ) Ita nos legimus. Sic & habet græcum Erasmicum. Sed Chrisostomus legit (Non enim habebat potestatem in Iudæam ambulare.) Quod & declarat. Unde elicio varia esse exemplaria.

## Annotatio. XC.

Eodem **I**am die festo mediante. Er. Utinam tam scilicet: quod audacter: interpres expressisset vocem græcam (μεσσησι) id est mediante. ) Ceterum latine dicendum erat: (quum dimidium festi peractum esset aut circa medium festi.) Ed. Si reddidisset latine: iam patuisse alteri calumniæ: latine reddidit: sed non reddidit græce. Interpres Chrisostomi legit (mediante.)

## Annotatio. XCI.

Eodem **N**on dum erat spiritus datus: quia Iesus non dū erat glorificatus. ) Dicis (datus) non haberis in græco: sed græce esse sanctus: Origenes tamen homilia tertia in Ioānem hæc verba habet. Neque enim venerat super aliquem ipsorum credentium in Iesu

sum spiritus sanctus: sicut testatur Ioannes: quia Iesus nondum fuerat honorificatus. Chrysostomus (datus) legit & declarat homilia quinquagesima in capitulum septimum Iamis. Sic Hieronymus ad Principiam. Annotatio. XCII.

**P**rincipium qui & loquor.) Augustinianam Io. viij. interpretationem refellis: ratus non compete re in verbum: absolutam principijs appellationem: quum proprietas verbū vt tu dicis: sit esse ab alio. Ed. Hoc quod est esse ab alio: (etiam si proprium sit filio: quod non est: quum sit commune & spiritus sancto) nihil prohibet: quo minus verbū dicatur absolute principium. Alioqui absurdissimū consequetur: q̄ non sit absolute deus: quum fides catholica teneat q̄ sit deus de deo. Qđ si sit deus de deo: & nihilo minus absolute deus: cur non sit similiter principium de principio: & tamen absolute: hoc est simpliciter principium? Sed memini te dixisse: quum de hac re corā disputaremus: non esse parem rationem: de appellatione dei: & de appellatione principijs: quum alterum scilicet deus: sit absolutum: alterum vero: id est principium sit relativū: vt sic innuas vim relativam in principio obstat: quo min⁹ cōueniat verbo absolute. Si accipias absolute: vt significet (simpliciter) vis relativā nihil ipedit: vt dicāt absolute principiū/ id est simpliciter: quū nec ī alijs relativis ipediat: q̄ n̄ dicāt de verbo simpliciter. Non negabis puto verbum esse simpliciter dominum: ac creatorem. Sin absolute capias: vt distinguatur contra relative: sic nec

## IN

pater est principium absolute. Sic etiam nihil dixeris ad hunc locum. Proinde reliquum fuerit: ut negaueris verbum simpliciter esse principium: itaque consequenter: & simpliciter esse deum. Id quod parvum abest. ut dicas alio loco: ut postea indicabimus. Si sic gradus ponemus: ut pater sit simpliciter deus & principium: quia a nullo: filius non simpliciter quia ab alio: id est a patre: iam spiritus sanctus plus aberit adhuc: ut simpliciter sit deus: aut principium quia a duobus est: hoc est: a patre: & filio. Sic ne scio quantum absumus ab heresi Arriana. Aliam fidem inuenio apud sanctos. Chrisostomus capite primo commentariorum in Ioannem. Quum dicit (inquit) euanglista. (Hoc erat in principio apud deum:) suadet ut filium sine principio intellegas. Hæc Chrisostomus. Si sit principium sine principio: certe est absolute principium. Sic & Hieronymus commentarijs in ps. cix. his verbis. Hoc erat in principio apud deum. Pater principium: sed & filius principium. Principium enim non habet principium. Si enim habuerit principium: iam ipsum desinet esse principium. Quicquid ergo patrem damus: damus & filio. Si enim pater in filio: & filius in patre: & omnia patris: filii sunt: & omnia filij: patris sunt: & principium patris: principium filii est. Hæc Hieronymus. Idem Augustinus contra Maximum haereticum. Et Origenes in principio commentariorum in genesim. Et cur facimus insignem iniuriam verbo: ut nihil sit absolute: quia omnia habeta patre? quoniam in creaturis vero

bī nō tollatur absoluta appellatio naturę qua par-  
ticipat: quum filius nihilominus q̄ pater sit abso-  
lute homo. Et verbum si nō sit absolute æternū  
non est æternū. Quod si sit absolute æternū: est  
etiam absolute principium. Insuffrabit forte ali  
quis patrem esse principium deitatis Esto. Sic dī-  
cit Augustinus. Sed quod dicit sane intelligit: etiā  
si Chrysostom⁹ & Hieronymus ægre hāc locutio-  
nem admittant: ne hanc ansam vtcunq̄ præbeant  
Arrianis. Sed satis sanū est: si sane intelligas. Cæ-  
terum caue credas: filio quicq̄ esse commune: cum  
appellatione huius principij. Nam plane filius  
hoc modo principium nec simpliciter est nec non  
simplicit. Hoc est: pater a nullo est: nec fact⁹: nec  
creatus: nec genitus: sed a quo est filius: & sp̄ritus  
sanctus. Hoc est patrem esse principium: ita vt so-  
lus sit hoc modo principium. Porro alia est ratiō  
principij: qua & filius & sp̄ritus sanctus sunt vnū  
principium cum patre: sicut sunt vnus deus cum  
patre. Et de filio hoc testatur Ioannes in Apoca-  
lypsi. Ego sum alpha: & ego sum principium. Ibi  
grace(rō à) vt si tanta sit potestas articuli: desinet  
esse absolute principiū. Quod si in euangelio Ioā-  
nis: non patiaris verbum dici principium: cur pa-  
teris hunc locum stare in Apocalypsi?

## Annotatio. XCIII.

**D**Icīs(rō ḥexāp:) quod vetus ædītio interpreta Eodem  
tur principiū: ibi (Principiū qui & loquor)  
aduerbiū loco ponī p(primo.) (Addis) Deus bo-  
næ: quot verbis hic agit Augustinus: dum persua-

# IN

dere conatur principium sic accipiendum: quasi  
dixisset: credite me esse principiū. Ed. Oz Christus se responderit esse principiū: habes apud Hieronymum commentarijs in ps. xxxix. ne Augustinus solus hanc culpam ferat.

## Annotatio. XCIII.

Eodem **O**ctauo Ioānis capitulo: dīcis Augustinum  
quod differentem euangelium Ioannis: nullam:  
historię de adultera: mentionē facere. Quod non  
est verum: quum commentarijs in Ioannem hunc  
locum enarret. Quin & de verbis domini in Ioan-  
ne. Sed & de vera & falsa pœnitētia: hūc locū citat

## Annotatio. XCIV.

Eodem **A**videntes autem hoc.) Er. Græca dissonant  
ōi de ἀκόσταπτοι ὦ τὸ ταῦ συρμάτεος ἐλεγχόμενοι  
ἔξαρχοι εἰς καθετού. At illi cum audissent & a con-  
scientia redargueret exierunt singillatim. Ed.  
Hec verba græca: ὦ τὸ ταῦ συρειδόσνος ἐλεγχόμενοι  
non habentur in exemplari Erasmico.

## Annotatio. XCVI.

Eodem **A** Senioribus.) Era. Addunthic græci  
λέοχάτων id est vsq; ad postremos. Ed. Nechec  
verba habentur in exemplari Erasmico.

## Annotatio. XCVII.

Eodem **Q**uia patrem eius dicebat deum.) Era. Sensus  
autem videretur: non intellexisse Iudeos: quū  
Iesus de patre loqueretur: quid vocaret patrem.  
Ed. Nechic sensus est: nec videri potest: si q̄s hūc  
locum bene perpendat. Præmittuntur huic loco:  
(Multa habeo quę de vobis loquar & iudicem. sed

qui me misit verax est: & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo.) Iam sequitur. (Non cognouerunt p̄ patrem eis diceret.) Hoc est non cognouerunt: p̄ patrem significaret: quum diceret: (qui misit me.) (& quæ audiui ab eo.) Quare restituendus est locus in contextu. Et pro (quid) Erasmi: restituendum est (p̄.) Chrysostomus in hanc sententiā dicit. Illivero de patre: haberi sermonem non intellectuereunt.

## Annotatio. XCVIII.

In honorastis.) Era. ἀτιμάζετε. id est contume Eodem illia afficxit. Antiqui habent (in honoratis) conscientibus & græcis. Ed. In exemplari Erasmī co est (ιτιμάζετε. i. in honorastis) sicuti legit eccl̄ia.

## Annotatio. XCIX.

Pecatores deus non audit.) Eras. Quod hic Ioā. ix. transtulit audit: idem mox vertit exaudit. Ita libuit interpreti ludere in re plusq̄ seria. Ed. Qui scis an interpres secundo loco græce legerit (εἰσαγόνει vel κατακόνει) exaudit.) Debuisses hoc suspicari potius: q̄ tam serio reprehendere interpretem: in re nequaq̄ seria.

## Annotatio. C.

Quia non estis ex ouibus meis.) Er. Hic ad. Eodē. dunt græci (καὶ δος ἐπορθεῖται) id est (quēadmodū dixi vobis.) Ed. Græce sic est i exēplari Erasmī: sed latinus contextus non respondet.

## Annotatio. CI.

Et non potest solui scriptura.) Eras. Diluci Ioā. x. dius ita reddi poterat. Si illos vocauit deos ad quos sermo dei factus est: & non potest solui

# IN

scriptura: ut hic sit interrogatio. Ed. Interrogatio in fine: nulla interposita diastole: accommodatior erit: sicut legit ecclesia. Sic explicat hunc locum Chrisostomus. Nonne scriptum est in lege vestra Ego dixi dij estis? Si illos dixit deos: ad quos sermo dei factus est: quo modo vos dicitis quia blasphemoi: quia dixi filius dei sum? Hoc est: si iij q[ui] gratias hoc acceperunt: non possunt accusari: si seipso deos appellant: qui id natura habet: quomodo iurare accusari poterit? Hec Chrisostomus. Idem Augustinus sic. Si sermo dei factus est ad homines: ut diceretur dij: ipsum verbum dei: quod est apud deum: quomodo non est deus? Hec Augustinus.

## Annotatio. CII.

Ioā. xij **Q** Vum exaltatus fuero: omnia traham &c.) Er. (πάτας omnes.) Adeum certe modum constanter habent exemplaria græca. Ed. Hieronymus in Ozee legit omnia.

## Annotatio. CIII.

Io. xiiij **Q** Vodcūq[ue] petieritis patrem. Er. (patrem) non additur in græcis: nec in antiquis exemplariis. Ed. Chrisostomus leg. (patrem) etiam addit (meum) Sed & sermo indicat illic oportere esse (patrem.) Nam sequitur: (vt glorificetur pater in filio:) quod non cōmode sequeretur: ni præcessisset (quodcumq[ue] petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam.) Si hoc præcedat: apte sequitur (vt glorificetur pater in filio.) Etiam secundo loco pronuntiat de se: (si quid petieritis in nomine meo: hoc faciam. (Neq[ue] videri debete eadem proorsus esse sententia)

tia cum priore: at eadem est: si deleatur (patrem)  
primo loco.

## Annotatio.CIII.

**E**T alium paracletum.) Er. A thoc loco com Eodem modius erat vertere cōsolatorē: ne quis duos paracletos īimaginaretur. Ed. Si quid sit periculi: non effugit: si quis duos cōsolatores dicit. Nā nullum est discriminē: nisi q̄ alterum verbum græcum est: alterum latinum. Attantum abest: vt ali⁹ quid sit periculi: vt ex euangelio doceamur alium paracletum dicere. Et scite Chrisosto. ex hoc loco occasionem arripit cōtra Sabellianos. Pudeat inquit Sabellianos: & q̄ de spirītu non recte sentiūt. Etenim hoc mirum est: q̄ diuersas e regione hæreses vno iictu deiūcit. Dicēdo enim(alium) personæ differentiam: dicendo(paracletum) substantiæ cognationem monstrat.

## Annotatio.CV.

**V**Ado & venio ad vos.) Era. ὑπάγε καὶ ερχοματικόν Eodem id est abeo & venturus sum ad vos: hoc est: di scedo mox redditurus. Ed. Latina videntur bene habere: quum vtrumq̄ verbum græce sit præsentis temporis. Nam licet alibi memini te annotasse ερχοματικόν verbum: in præsenti voce: significationem in terdum habere futuri: ego tamen puto magis conuenire huic loco: vt vtrumq̄ sit præsentis significationis. Nam q̄ mox sit redditurus: proprius si gnificabit venio: q̄ venturus sum: nisi ερχοματικόν sub voce præsenti: etiā significationē habeat mox futuri.

## Annotatio.CVI.

# IN

Ioā.xv. **M**ittetur foras.) Er. (εβλασθείδ est missus est fo-  
ras: vel potius: electus est foras.) Item (& are-  
scet) (εξηράμθη / id est exaruit.) Edo. Chrisostomus  
legit (mitteat & arescat) & declarat his verbis. Mit-  
tetur (inquit) foras: neque amplius ab agricola cura-  
bitur. Et arescat: hoc est: si quid habuit a radice: si  
quam gratiam: amittet: & omni īnde auxilio & vi-  
ta spoliabitur: & tandem in ignem mittetur.

## Annotatio.CVII.

Io. xvij. **D**ocebit vos omnem veritatem.) Eraf. Græcē  
non est (docebit) sed (ducat διδύγεται) & (in om-  
nem veritatem.) Ed. Chrisostomus legit: docebit  
vos omnem veritatem: & declarat.

## Annotatio.CVIII.

Io. xvij. **C**larifica me tu pater apud temetipsum clarita-  
te.) Er. Verbum clarificandi toties repetitū  
græce est (glorificare δοξάζειν) & (claritate: δόξα: id  
est gloria.) Ed. Hieronymus tantum detulit le-  
ctioni antiquorum: ut nec prouocatus hunc locū  
mutare voluerit: cuius verba subscribo in epistola  
ad Suniam & Fretelam. Vbi in græco legimus.<sup>ad</sup>  
πῦρ δόξαζος: & in latīno scribit: & nūc clarifica &c.  
Nolumus mutare: quod ab antiquis legebatur  
quia idem sensus erat.

## Annotatio.CIX.

Eodem **P**riusq mundus fieret.) Ed. Erasmus in con-  
textu reddit: (priusq mundus esset:) & id quid-  
dem: iuxta græcum suum: quum exemplar Erasmi  
cū habeat: προ τῷ κόσμῳ ξυπαι τωνά σοι. At Hie-  
ronymus commentarijs in Ionam: & alibi sepe le-

git (priusq; mundus fieret.) Sicutia legit interpres  
Chrisostomi.

Annotatio.CX.

**A** Scendo ad patrem meum: & patrem vestrum Ioā.xx.  
deum meum: & deum vestrum.) Edo. Ibi in  
græco Υἱὸς Θεοῦ μου καὶ Θεός υἱοῦ sine articulo: quum  
patrem innuat.

Annotatio.CXI.

**D**ominus meus: & deus meus.) Edo. Græce Io. xxj.  
οὐ κυριός μου καὶ οὐ Θεός μου. Ibi cum articulo  
οὐ Θεός quum de Christo loquatur.

Annotatio.CXII.

**E**t illa nocte nihil prendiderunt.) Et iterum. Eodem  
(Afferte de piscib; quos prendidistis.) Era.  
In nonnullis habebat (cœperūt) & (cœpistis.) Græ  
ce est ἐπιάσατε & ἐπιάσαπεν. Ed. Hic opus erat addi  
(prendiderunt) & (prendidistis) ne quis putet in  
terpretem male reddidisse: id quod proclive erit  
nescienti græce.

Annotatio.CXIII.

**S**ic eum volo manere.) Er. Inter vetustiores so-  
lus leguisse videtur Augustinus. (Sic eum volo  
manere) vir ille quidem (quod negari non potest)  
sanctus: integer: acuto præditus ingenio: verū im  
pēse credulus: ad hęc: destitutus præsidio linguarū:  
sine q̄bus hęc vt par est: tractari nō quæūt. Is quū  
iuuenis ascitus esset ad munus episcopale: ac pene  
neophit: id qđ fieri vetuit Paulus: ne licuit qđē qđ  
q̄ nescire: doctoris locū occupāti. Proinde docēdo  
didicī: qđ doceret: & scribendo didicī: qđ scribe  
ret. Profecit tñ: p̄sertim vbi se cœpit ad Hierony  
mi cōferre c̄mulationē. Nec est insectād' vir tā pi  
sic ubi nō assēq; qđ affectat: sed tollerādus magis.

# IN

A tediuerso non sunt audiendi: qui illum nemini  
non anteponunt: ipsi etiam Hieronymo. Quo sa-  
crarum literarum scientia: tanto fuit inferior: vt  
impudentissimum sit alterum cum altero conser-  
re. Ed. Qui scis Erasme an consuluerit Augusti-  
nus gr̄cos codices: ac (sic) non (si) inuenierit. Quā  
do dubium non est diuersa: etiam Augustini æta-  
te: fuisse exemplaria: & hodie vsq; adeo diuersa: vt se-  
pes sit legere apud Hieronymū: Origenē: & Chris-  
tostomum: quę in nullis gr̄cis exemplaribus ha-  
beantur. Quod vt vnum locum citem in (bonę vo-  
luntatis) Lucæ primo: tu ipse confiteris. Quin &  
consentaneum est consultos fuisse ab Augustino  
gr̄cos codices: tum q̄ in (principio tuo) Ioannis  
octauo: dicit principium gr̄ce foemini esse ge-  
neris: tum q̄ sepe citat: & interpretatur prout gr̄  
ca habent: relictæ lectione quam latina habent ex-  
emplaria. Nec puto te hoc de Augustino sentire:  
q̄ penitus ignorauerit gr̄ce: q̄q̄ destitutum dicas  
pr̄sidio linguarum: quum ipsum gr̄ce scisse testē-  
tur opera eius multa. Sed & ipse testatur se: gram-  
maticam gr̄cam dīdicisse: adhuc puerum: & Ho-  
meri carmīna cecinisse: in ludo literario. Inuenio  
etiam: versus aliquot gr̄cos Christostomi: ab eo  
versos. Sed & locutioes quas appellat: in veteri te-  
stamento: emendat ad veritatem gr̄cam. Addo  
etiam: q̄ cathegorias Aristotelis: ex gr̄cis latinas  
reddidit. Hæc declarant illū potuisse discernere  
(εαρ) ab (δυτιωσ) nec pr̄ inscitia hanc lectionē secu-  
tū. Mirum vero: cur dicas: tam imp̄se credulum.

Quo vno: quem alium inuenias: qui libentius ingenio cesserit? Qui prope solus: quod probe tueri potuisset: ne quod offendiculum daret veritati catholice: sponte sua recantauit. Qui nemine dignatus est preceptorem: a quo quicquam discere potuisset. Hieronymū quem illi tanto interuallo anteponis: consuluit. Nec dignus habitus est responsione. Facilis est conjectura: cur Hieronyms ille iuuit Non inuidet illi eruditio: sed plane vidit: nihil potuisse accuratius dici de ijs rebus de quibus consultus est: quod scripsisset ille qui consulebat. Namne conferam alterum cum altero: quod tu studio magis quod iudicio facere videris: quantus esset Augustinus: facile agnoscunt qui disputationes eius cum Hieronymo expendit. In quibus si nō superior: certe nihilo est inferior. Neque vero in vnius Erasmi iudicio ea res sita est: ut suus: vel Hieronymo: quem omnes probi colunt: vel Augustino: quem nemo sanus contemnit: tribuatur locus. Sed quod dicis: scribendo ac docendo didicisse: quod scriberet ac doceret. Hoc ego neutique illi vitio tribuen-dum puto. Quod si vitium sit: cōmune est illi cū ceteris. Nam quotusquisque est omniū: qui id non facit? Hieronymus: num scribēdo: ac docendo dīcī: quod scriberet ac doceret? Nisi forte tibi placent quorundā hominū precocitas: qui docent & scribunt: quod nec scribendo nec docendo didicerūt Augustinum ab hac nota eximo. eximo & Hieronymum. Nec pudet cōfiteri Augustinum (quod tu scribis) profecisse: postque ad Hieronymi emulatio-

## IN

nē se cepit cōferre. Nō qđ ab Hieronymo quicqđ  
dīcicerit: sed quod illa scribendi exercitatione: &  
ad Hieronymum: & ad alios: etiam contra hereti-  
cos instructa disputatione: semp euaserit doctior:  
& in dies se ipse superauerit: vsqđ illum diem: quo  
hac vita functus est. Atqđ id illi etiam cum Hie-  
ronymo cōmune. Hoc vero quod obīc̄is: iuuene  
adscitum ad munus episcopale: ac neophitum: qđ  
Paulus vetat. Obīc̄e & Ambrosio: adhuc cathe-  
cumino ad eam dignitatē enecto. Qui probe cau-  
sam tuebitur suam: quippe paratus: & instructus:  
qđ prius hoc fecerit contravercellēses. Erat (audeo  
dicere) in vtroqđ: canicies fidei ea quę dīgna erat  
episcopatu. Dīcis non insectandū: sed tolleran-  
dum: sic ubi non affequitur quod affectat. Sed tu  
tamē insectaris: & ita īsectaris: vt minoris facias:  
qđ vlla hominū opinione hactenus habitus est.  
Ita īgenium tribuis: vt eruditonem adimas. Ita  
sanctitatem predicas vt ambitus prope accuses: qđ  
neophitus suscepit episcopatum. Nō affecutū  
innuis: qđ affectabat in re literaria: vt donem non  
affecutum quod affectabat: num satis est affecutū  
esse quantū nemo pene alius? Sed quantum ipse al-  
secutus es (venia tua loquor) vt censorem agas tan-  
tī viri: cuius tum sanctitatem: tum eruditonem:  
totus orbis christianus multis iam seculis admira-  
tus est: veneratus est: & prope adorauit. Velle  
Erasme: & quidē ex corde vellem: vt sicut iam olim  
illum prēlegisti patrem cui nomen dares: ita hac  
estate grandior natu factus: grandeū illum imite-

ris. Obsecro per Christi charitatem relegas diligenter: ac iuste expēdas quę scripsisti. Etsicubi more hominum lapsum te inueneris: non pudeat te ad exemplum beatissimi: atq; ad miraculum vsc̄ peruditissimi patris recantare: ubi male cecinisti. Itaq; videbis quantū ipse egeas censore potius q̄ tanti presertim patris censorem agas.

## Annotatio. CXXIII.

**P**er spūm sanctū prēcipiēs). Er. Hūc Actoꝝ locum quoniā alioqui videbatur ob .j. scurior: paulo fusiū explicuimus ad hunc modum (ad eum vsc̄ diem quo postq; impartitus in hoc ipsum spiritum sanctum mandasset apostolis quos delegerat: sursum assumptus est). Edo. Si vetus interpres sic reddidisset: dixisses nō opus esse periphra si. Quanq; certe hęc periphrasis non est: que explicat quod nequaq; habent græca. Si quidē græca ad verbū cum ecclesiastica lectione cōcordant: & aliū sensum prēferunt: q̄ tu explicasti. Et plane illa interpretatio (postq; impartitus in hoc īpm spiritum sanctum) ex nullis verbis in græco elici potest. Porro illum sensum (quos elegit per spiritum sanctum) Paulus in actis confirmat. Quos (inquit) spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei. Quod vero refers illud (prēcipiēs) ad mādatū predīcandi munus: videtur mihi reiſci posse: si quis finem euangeliū lucē iungat cum exordio actorum. Sic videbit quid sit quod lucas dicit: hoc loco prēceptū. Prēcepit quippe vt sede-

## IN

rent in ciuitate: quoadusq; induerentur virtute ex alto: vt habeat finis euangelij luce. At hoc esse quod dicit (precipiens) ordo rei: & consequentia sermonis declarant: quādo inde orditur acta: vnde finis uite euangelium. Quin & ipse Lucas: seu sui interpres recepsens in hoc capite finem superioris libri subinfert. Et conuescēs prēcepita Hierosolymis ne discederent. At de mandato apostolis prēdicandi munere a Christo: post resurrectionem Lucas videtur nihil referre. Sed neca primo die: quo multis apparuit in Hierusalem: vsq; ad ultimum diem quo assumptus est: quicq; narrat Lucas: vt testatur Augustinus de concordia euangelistarum his verbis. Lucas autem (prētermissis omnib; que per quadraginta dies agi ab illo cum discipulis potuerunt). illi primo diei resurrectionis eius: quando in Hierusalem pluribus apparuit: coniungit facile nouissimum diem: quo ascendit in cœlum. Hęc Augustinus. Quum mandatum esset prēdicandi munus apostolis nouissimo sermone: quem habuit cum apostolis suis. Id quod idem videtur colligere Augustinus ex verbis marci. Nouissime autem recumbentibus illis undecim apparuit & exprobauit incrudelitatem eorum: & duriciam cordis: quia his qui viderant eum surrexisse: non crediderunt. Et dixit ei. Euntes in mundum universum prēdicate euangelium omni creature.

## Annotatio. CXV.

Eodem **E**t conuescens prēcepit.) Eras. Quisquis vel mediocriter attenderit: facile coniectabit ab

interprete scriptum fuisse (conuersans) non (conuersens). Id famelicus opinor quispiā nihil nisi cibum somnians: vertit in conuersens: quod in humatum putaret Christum suos relinquere: nisi pri<sup>9</sup> habita cum illis compotatiuncula: quemadmodū hodie vulgus nostratiū facit. Edo. Hunc locum bene habere duo videntur comprobare. Alterum quod συναντίζομενος (qd̄ verbum fateris in quibusdam exemplaribus haberi) non solum cohabitare sed & conuersi significat. Si Aleandrino lexico credimus. Alterum quod euangelium monet conuentem Christum hoc apostolis mandasse: ex Hierosolymis ne discederent &c. Lucæ vltimo. Christus postq̄ vidit apostolos turbatos: ac dubitasse an vere resurrexisset: habetis (inquit) hicali quid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem pīscis assi: & fauum mellis. Et quum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis &c. Sic etiam legit Hieronymus. q. viij. ad hedibiam. (Et conuersēs) &c. Imo cur iam adderet (conuersans) postq̄ conuersationē eius cum apostolis multis antea verbis declarasset. Nempe prēmisit. (Vide manus meas & pedes: & palpate: & sumens reliquias dedit eis) quanq̄ hoc vltimum miror deesse exemplari tuo grēco. Ista satis prēferūt Christū cū eis conuersatum: nec nuncio: nec literis vsum: vt non sit necesse sequi (& conuersatus prēcepit).

## Annotatio. CXVI.

**L**iceat audenter dicere. Eras. πάρησκοις libere  
Edo. Ego puto hoc loco potius conuenire Act. ij.

IN

palam: si verbum græcum pateretur: quum nunc  
declaret prophetiam, quasi dicat. liceat mihi apud  
vos exponere: quid his verbis ppheta Dauid se-  
serit: ut clare intelligatis.

Annotatio. CXVII.

Actoꝝ  
iiij.

**M**oses quidem dixit.) Dicis græce addi (ad pa-  
tres) & quidem verum est: sed latīnum non re-  
spondet.

Annotatio. CXVIII.

Actoꝝ  
iiij.

**A**Duersus puerum tuum Iesum.) Er. Stoma-  
catur hoc loco Valla: q̄ Iesu filio dei: serui no-  
mē attribuerit interpres: q̄q̄ & puer apud latīnos  
filium significat: sed infre-quēter: seruum frequen-  
tius: frequentissime: ætatis primæ hominēm. At  
Christus quum salutem afferret: puer nō erat. Et  
serui appellatio in hunc non cōuenit: etiam si obe-  
diuit: & subditus fuit patri: iuxta assumptum ho-  
minēm: sed vt filius: non seruus. Proinde vertēdū  
erat hic ῥωμαῖς filium: non puerum. Ed. Nil mis-  
rum: q̄ stomachatur Valla: quippe homo rhetori-  
cus: non theologus. At mirum est: te in hanc par-  
tem inclinari: qui toties legis Christum in Esaia  
seruum appellatum: in his locis: in quibus alio de-  
torqueri non potest: nisi vt ad Christum referatur  
Quod & monet Hieronymus in commentarijs:  
non semel. Et vt res clarior sit: affero hoc testimoni-  
nia ipsa ex Esaia. xlj. ca. Seruus meus es tu: & ele-  
gi te. xlj. ca. Ecce seruus meus fuscitabo eū. xliij.  
ca. Vocauī te nomine tuo: seruus meus es tu. xlix.  
ca. Parū est vt sis mihi seruus ad fuscitādas tribus  
Israel &c. Quæ omnia de Christo dicuntur. Addit-

Hieronymus nō solum seruum: sed & vermem: & germinatū de terra: ac creaturam appellari. Nec id verum est: q̄ Christus puer non erat: quum af- ferret salutem. Et miror excidisse tibi illud Esaiae. Sume tibi librum grādem: & scribe in eo stylo ho- minis: velociter spolia detrahe: cito prædare. Et postea. Voca nomen eius: accelera: spolia detrahe: festina prædari. Addit causam propheta huius no menclaturæ (festina prædari.) Quia anteq̄ sciat pu er vocare patrem: & matrem: auferetur fortitudo Damasci: & spolia Samariæ &c. Nec oblitus pue ritia: quo minus afferret salutem: quum idem ad- huc in utero matris suę vir esset: dicente Hieremia Nouum creabit dominus super terram: fœmina circundabit virum. Et quid est: q̄ q̄ primum nato domino: cecinerūt angeli. Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ volūtatis! Et qd iterum quod Simeon: suscep̄to in vlnas puero d̄xit. Nunc dimittis seruum tuum domine: secūdū verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei sa lutare tuum.

## Annotatio. CXIX.

**N**On cessat loqui verba.) Erasmus. ἡματα  
βλάσφημα / id est verba blasphema: siue ma-  
ledica. Q̄ q̄ opinor (blasphema) additū. Quor  
sum enim opus: quum sequatur: aduersus locum  
sanctum. Edouardus. Nec nostra æditio (blas-  
phema) habet. Sed nec Erasmus posuit in la-  
tino: etiam si habent græca e regione. Quan-  
q̄ non probatur mihi ea ratio (quorsum opus)

Acto  
vij.

# IN

tū q̄ eadem ratione: etiam idem verbum aliquan-  
to superius: eodem capite dempseris: vbī dicitur:  
(verba blasphemie in Mosem: & ī deū:) vbī nihilo  
minus præcedit (blasphemie) licet sequač in Moy-  
sem & in deum: tum q̄ non tantūdem proſus sit:  
Ioqui verba blasphema aduersus locum sanctum:  
& Ioqui aduersus locum sanctum: quum hoc po-  
ſtremum poſſit eſſe cítra verborum blasphemiam.

## Annotatio. CXX.

**A**ctor⁹ E Rasmus ait (Si credis) yſq̄ ad hunc locum (Et  
viij. iuſſit ſtare currum) non reperiri in græco co-  
dice. Ed. Ex hoc loco & multis alijs liquet: multa  
eſſe in noſtris latinis codicibus: quæ in græcis ijs  
exemplaribus quæ hodie habentur: non inueniuntur.  
At nemo eſt tam iniquus in interpretē: vt eu-  
putet voluisse: latinavertere: quæ non inueniunt græ-  
ca. Quid ergo ad hęc exemplaria cōfugimus: quæ  
corrumpere poſſunt emēdatos libros: corruptos  
emendare non poſſunt? Ni inueniatur aliud legiſ-  
fe: q̄ noſtri codices habēt: Hieronymus: aut vnuſ  
aliquis ex veteribus græcis hiſ exemplaribus: ne-  
quaq̄ innitendum puto.

## Annotatio. CXXI.

**A**ctor⁹ D Vrum eſt tibi.) Erasmus. In græcis codici-  
ix. bus: id non additur hoc loco: quum mox fe-  
quatur: (ſurge) ſed aliquanto inferins: quum nar-  
ratur hęc res. Edouardus. Græcum Erasmi  
habet hoc loco. Sed & latinum. Σκληρόν τοι πέδον  
κέρπτε α λακτίζητι. Durum eſt tibi contra ſtimu-  
lum calcitrare. Et tremens: ac ſtupens dixit. Do-

mine quid me vis facere : Et dominus ad eum.  
 Surge & igredere ciuitatem: & ibi dicetur tibi quid  
 te oporteat facere . Oportere vero hoc loco ponit  
 confirmat ipsa Pauli narratio: actoꝝ. xxvi. Quo  
 loco narrat quid sibi acciderit in via: sic. Quum  
 cecidissemus in terram: audiui vocem loquentem  
 mihi hebraica lingua . Saule Saule quid me perse-  
 queris. Durum est tibi contrastimulum calcitrare  
 Sic adamissim quadrat narratio lucę cum narra-  
 tione Pauli. Qđ si pr̄terisset hęc verba non ple-  
 ne narrasset verba dei ad Paulum

## Annotatio. CXXII.

**Q**uomodo vnxit eum). Er. Apostoli gr̄cita Actoꝝ  
 tem suam non e' demosthenis orationibus: .x.  
 sed e vulgi colloquio didicerunt. Edo. Imo nec e  
 vulgi colloquio: sed a spiritu sancto edocti: qui se-  
 dit supra singulos eorum: & eis dedit linguas dia-  
 spartitas: ita vt in virtute multa: euangelizarent.  
 Christi paraclesis ad apostolos erat . Non vos  
 estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui lo-  
 quitur in vobis. Quod si spiritus loquebatur: ni-  
 hil erat quod desiderari potuit ad gratiam . Con-  
 summata erat locutio: quam ille spiritus inspira-  
 bat. Quid erat quod licaonij tantopere mirarent  
 in Paulo & Barnaba audiētes eos loquētes licao-  
 nice: nisi qđ ex spiritu sancto consummate loque-  
 rentur? Nam loqui licaonice hoc erat illis com-  
 mune cum ceteris: qui licaoniam frequentabant.  
 Quum vero spiritus gratiam adderet loquelę &  
 venustatę: venustatę spūs (inquā) deos putabāt li-

## IN

caonij qui loquerentur: Et quidaliud pollicetur  
 dominus per Ioel? Effundā inquit de spiritu meo  
 Effusio largitatem: ac velutí quandam exuberan-  
 tiam designat. Idem sonat quod dominus pollicet-  
 tur. Baptizabimini (inquit) spiritu sancto &c. R.  
 Eras. Hunc locum annotarat & dorpius. Non cō-  
 statan omnium līnguis locutis sunt apostoli. Proz  
 babilius est sua lingua loquentes: ab omnibus ful-  
 se intellectos. Nec id sēpius q̄ inītio factū legim⁹.  
 Quod si volumus eos hanc græcitatem a spiritu  
 sancto nactos: cuius opera perfectissima sunt: cur  
 in ea lingua balbutiunt apostoli: sic græce loquen-  
 tes: vt non nisi ab hebreis possint intelligi? Cur  
 Origenes toties queritur de vicijs sermonis in  
 Paulo? Cur Hieronymus toties fatetur Paulum  
 non calluisse græce? Cur Petro scribenti additum  
 terpetem? Imo verisimile est palestinos plerosq;  
 etiam græce scisse. Nam cilia tota græco sermo-  
 ne vtebatur. Fuit hoc consilij diuinivt apostoli in  
 condito essent sermone: ne quid ex ipsius gloria:  
 sibi vendicaret humana eloquētia. Quamobrem  
 puto me nulla contumelia apostolorum arbitrari  
 illos græce nescisse. Ed. Annotarat (inquis) hunc  
 locum & dorpius. Gaudeo de accessu alteri⁹ testis  
 præsertim tam docti: ne solus sapere videar. Vel-  
 lem & quęcunq; alia annotauī: doctorum etiam  
 testimonio confirmari. Nam non tantum mihi  
 tribuo: quin iudicio labi possim: quippe qui agno  
 scam: q̄ sit mihi curta suppellex. Nectati estimo  
 mea: vt illibenter subiturus sim aliorum censu-

ram. Sed ad rem. Probabilius dicas: sua lingua loquentes apostolos ab omnibus fuisse intellectos: q̄ omnium linguis locutos. Nescio quid sit probabilius: quum quod dicas nullū habeat fundatum: vnde confirmes ex sacris literis. At diversis linguis locutos: aperte testatur scriptura. Nam apostolus affirmat eos accepisse genera linguarum. Lucas dicit. Aparuerunt illis dispartite lingue: & cœperunt loqui alijs linguis. Audis locutos alijs linguis: non sua lingua loquentes: ab hominibus diversę lingue fuisse intellectos. Hieronymus. questione nona ad hedibiam videtur dicere: non omnibus linguis singulos locutos: sed accepisse genera linguarum: vt tunc agnosceretur qui apostolorum quibus deberent gentibus nunciare: Hęc sunt verba Hieronymi. Et consequenter apud eundem. Deniq̄ apostolus Paulus qui de Hierusalem usq; ad Illiricum prædicauit: & inde per Roman ad Hispaniam ire festinavit: gratias egit deo quod cunctis apostolis magis linguis loquatur. Idem adhuc apertius. Acceperunt diuersitatem linguarum omnium gentium: vt nunciaturi Christum: nullo indigerent interprete. Comprobat hoc ex verbo christi. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ex his verbis Hieronymi discis: vel omnium: vel earum saltem gentium accepisse linguas apostolos: quibus essent predicaturi. Si sic fuisset ut tu dicas: plane erat memorabile miraculum dignum qđ aperte

describeretur. Nec credo omissorum fuisse Lucas  
 qui tam diligenter res apostolicas scripsit. Nam  
 magnus erat accessus ad miraculum linguarum: si  
 hic erat modus: quum mirabilius sit uno ideo  
 mate loquentem ab omnibus intelligi: q̄ omnibus  
 linguis loqui. Et quis (credis) fuisset tumultus:  
 que concertatio audientium: dum suas singulæ  
 gentes lingualoquii apostolos contenderent? Pat  
 thi si dixissent: nostra lingua loquuntur: repu  
 gnassent medi: imo nostra. Sed nec vestra dixissent  
 elamitæ. Et lingue datæ in symbolum unitatis fuil  
 sent incitamentū cōtentionis. Et aliqui dixissent  
 Miramur quid sit. Nam ipsi hebraica verba loz  
 quuntur: & tamen singuli nostras linguas intelle  
 gimus. Et iam si apostoli aliud in se non habebant  
 argumentū doni linguarū: nisi qđ intelligebatur  
 à diuerso lingue hominibus: tū opus fuisset: quo  
 ties concionarentur ad plebem diuerso lingue: scilicet  
 itiligeret: quū sp̄itus prophetarū nō  
 semper prophetis adsit: vt patet de Helizeo: & de  
 viro dei misso contra samariā. Cæterū quid hic ve  
 rum sit: non magnipendo. Augustinus omnibus  
 linguis locutos affirmat. Sic audistis (inq̄t) miraculū.  
 Omnes qui aderant vnam lingua dīcērūt:  
 Venit sp̄us sctūs. Impletū sunt. Cœperūt loquiva  
 rijs linguis omniū gentiū quas nō nouerāt nec dī  
 cērāt: & tūchocerat signū. Quicūq̄ accipiebat  
 sp̄itū sanctum linguis oīm gētiū loquebat: non  
 solū illi centum viginti. Hęc Augustinus. Addis  
 (nec id sep̄ q̄ initio factū legim'.). Legis in orbē

terrarum exisse sonum eorum. Id quo pacto fiebat. nisi linguis loquerentur? Legis Paulum usq<sup>ue</sup> trigesimū & eo amplius annum: post Christū pascum linguis gloriari: & earū fiducia: multis orbis partibus peragrat: etiam Romanos adiisse lares. Sed nihil attigimus de propria huic loco disputa<sup>tione</sup>: de grecitate apostolorum. Nō qua parte tu putas: metior consummatam locutionem apostolorum. Non illā vendico apostolis secularem eloquentiam: neverbi virtus sapientię humanae ascriberetur. Dicit enim mihi Paulus. Non in doctis humanae sapientię verbis: sed in ostēsione spiritus & virtutis. Secundum hanc ostensionem spiritus & virtutis: metior sermonis venustatē: ac gratiam in apostolis. Id qđ plane verba mea indicant: (spiritus inquā) & iterum (q ex spiritu cōsummate loqueretur.) Nec id oppugno: quod forte ex grecorum consuetudine: grecum idioma didicerūt: sed ea parte a te dissentio: quod vitiū sermonis nōtas in apostolicis literis: quasi oportuerat eos alio modo loqui: q docuerit ille spiritus: quasi pōdus potuerit addere verbis spiritus: obseruata sermonis proprietas. Debes potius: quoties incidit talis locus: mirari in tā simplici sermōe: & pene barbaro: tantā sublimitatē & maiestatē subesse: spiritus (in quā.) Nā si aliquoties dissidet sermo a decretis lingue: nō statim id vitio tribuendū: sed magis ad dei gloriam vertēdū: q stulta mūdi elegit: vt cōfundat sapientes: & iſirma: vt cōfundat fortia: q hūili & ppetusticano sermōe. sapientiū sēculi colla subiugauit

# IN

Quare caue dicas. Sicut fuisset loquendū græce. Nā paulo satis est: & si sit imperitus sermone: vt non sit imperitus sciētia: faceant sermonum decreta. Spīritualis sit oportet: qui profūda dei sit indica turus. Nam spīritus hēc verba sunt: non sunt ho minum verba: vt dicit Petrus. Sed respondebis, nihil hēc cōtra te: qui idem dicas. In hoc dissentimus. Tu sermonem a decretis lingue exorbitatē vitijs notas: ego nihil vitijs patior dici: in opere dei. At sermo apostolicus opus dei est: quem qualiscū p̄ sit veneror p̄ maiestate.

## Annotatio. CXXIII.

**Q**uatuor initijs.) Eraf. Gr̄eci legunt (Qua tuor initijs alligatum ac demissum a cōe lo.) Edouardus. Verum est: sed ita non interpres taris. Etiam in gr̄ecis est (reptilia) sed non habes in textu latīno.

## Annotatio. CXXIII.

**S**Aluatorem Iesum.) Er. (Iesum) nō addit̄ apud Gr̄eos in nonnullis exemplaribus: sed tantum saluatorem. Et fortasse nondum erat tempus ex plicandi nominis. Ed. Tempus fuisse explicandi nominis: vel hoc probat: q̄ Petrus a principib⁹ sacerdotum prohibitus: ne in hoc nomine loque retur: & doceret: responderit. Si iustum est in con spectu dei: vos potius audire: q̄ deū: iudicate. Nō enim possumus quę vidimus: & audiūmus: non loqui. Sed & quum postea apostoli educerentur de carcere: commoniti erant ab angelo. Ite & stan tes loquimini in templo plebi omnia verba hēc.

Acto<sup>g</sup><sub>x.</sub>

Acto<sup>g</sup><sub>xij.</sub>

Sequitur. Ibant apostoli a conspectu concilij gaudentes: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Sed & hoc loco: quid magis conueniebat q̄ hoc nomen exprimi: pr̄sertim ab eo qui electus erat: vt illud propagaret? Vas (inquit dominus) electionis est mihi iste: vt portet nomen meum: coram gentibus & regibus: & filijs Israel. Pr̄terea Pauli erat institutum: hoc sermonem declarare Iesum saluatorem: non vague ac incerte quemuis saluatorem: alioqui nihil contra Iudeos diceret. Nam & saluatorem ipsi expectant: Quare in quibus exemplaribus non est: addendum puto. Respons. Erasmi. Scis Origenem ali R̄nsio quot locis hoc eleganter docuisse: apostolos de Erasmi Christo initio quedam tacuisse: pro captu auditorum. Nec dico nō nominandum Iesum: sed in hoc sermone apud rudem fortasse populum: non fuisse tempus proferendi nominis: donec pr̄paratores: doctrinam efficacius acciperent. Exemplaria quib⁹ tum vtsbar: nūc nō adsunt. Et in cor sendonensi quod adest: (Iesus) non additur. Nec tamen hoc confirmo: sed addo fortasse. Edouar. Scio Origenem & alios annotare: aliquoties ex verbis euāgelijs: monitos apostolos: ne paſſurī adhuc Christi deitatem diuulgarent: donec resurrectionis gloria: suā īpē Christus diuinitatē cōtestarent: ac cōprobaret. Posteavero q̄ resurrexisset Christus: nusq̄ lego prohibitos: vt Iesum saluatorem pr̄dicarent. Nec si id diceret Origenes: illi credem: quū aliud me doceat scripturā: missos scilicet

Confu  
tatio.

ut in hoc nomine prædicaret: & hoc nomine virtutes facerent. Quid est: Ite: prædictate euangelium omni creature? Nūqdite propagate nomine meū apud oēs gētes? nīsi aliud q̄s finixerit euāgeliū q̄ Christum Iesum prædicare. Erant forte mysteria aliquot: in intīmis penetralibus fidei: quē non conueniebat ab initio statim rudib⁹ adhuc spargi: pr̄sertim his: quorum animi iam diu superstitionis ritibus aut inutilibus ceremonijs pr̄occupabantur. Sed nī p̄imum Iesum prædices: quid superedificabis? Si quidem fundamentum aliud nemo potest posse: pr̄ter id quod positū est: quod est Christus Iesus. Ut donem tibi: decuisse quibusdam claudi penetralia: ita nō donabo: decuisse vlli claudi hostium fidei: Christum: imo Iesum: quum aliunde non sit aditus ad fidem: nisi per illum. Sed placet mihi quod non confirmas.

## Annotatio.CXXV.

**E**douardus. Non est in exemplari Erasmico (εἰς τὸν Ισραὴλ σωτηρίαν) id est adduxit Israel salutem. Edouardus. Non est in exemplari Erasmico (εἰς τὴν σωτηρίαν) sed (εἰς τὴν σωτηρίαν) saluatorem: sicut nostra editio habet.

## Annotatio.CXXVI.

**E**odem Rasmus. (Iesum non additur apud grecos in nonnullis exemplaribus.) Edouar. Est in exemplari Erasmico. Rationem vero cur non debeat addi credo superius explosam: Annotatio.cxxviiij.

## Annotatio.CXXVII.

## ACTIS.

Fo. LIII.

**E** Do. Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum: Paulus autem & Barnabas libro xiiij. stris morabantur). Hęc in græco Erasmico nō habentur: nec in latino cōtextu. Nihil tamen quicq̄ annotat: vel q̄ defint græcis: vel q̄ nostris supersint. Ego nihil dubito græcis deesse. Et inde a principio argumentum non esse græcis his codicibus fidendum.

## Annotatio. CXXVIII.

**V**T q̄ celeriter), Eras. Vsq̄ adeo ne placet Bare loqui: vt hac gratia putemus recedendū xvij. a verbis græcis: ne latine loquamur. Si quidem gr̄ce(q̄ celerrime). Ed. Vt auide arripis occasionem: etiam pro re leuicula contra interpretē. Potuisses monere citra hanc contumeliam.

## Annotatio. CXXIX.

**E**ras. πέρι τῆς ὁδοῦ. id ē devia siue devia hac.) **N**ā Articulus additus facit: vt certā viam accipiamus. Edo. Sed hoc non permittis interpreti Ioā. primo. In hūc mūdum (εἰσ τὸν κόσμον) vbi & addit articulus. q̄q̄ scio plus q̄ centies mihi lectum: vbi articulus nihil certum monstrat.

## Annotatio. CXXX

**N**E q̄ scdm consuetudinē ingredi). Eras. Atq̄ seruandam esse legem mosaīcam. Ed. Non plane hoc existimabat: qui sciebat filium hominis dominum esse: etiam sabbati: qui sciebat noua esse facta omnia: & nouū mandatum se suscepisse: & velum templi scīsum: & consummatas esse ipsa Christi

o

# IN

morte ve teres ceremonias: legemq; iam olim p  
mitteba;: datam in cordibus. Proinde non seruan  
da existimabat: sed seruari posse infirmis adhuc iu  
dici: ne scandalizaren;. Infirmitati iudeo; hanc  
permisit libertate: quo ne viā occluderet volētib;  
ingredi: necessitatē vero nullā imposuit. Nā si ius  
dēus aliquis spretis legalib; tanq; mortuis: se chris  
ti libertati voluisse insinuare: num fuisset repel  
lendus: & non potius obuijs vlnis excipiendus?

## Annotatio. CXXXI.

Acto; xxij.

**E**R. προ εξιπίσα; id est preparauit &c.) Ne hic  
agit ananias de prædestinatiō diuina: sed de  
ruina & cęcitate Pauli: quib; rebus iam agebat: &  
aggredieba;: vt hac occasione agnosceret euāgeliū  
fidem. Edo. Quid hoc aliud est q; prædestinare?  
Quippe hęc media prædestinata sunt: quibus tra  
heretur ad fidē. Nam vt prædestinatio ēterna est  
ita media ad salutem prædestinata: intempore sunt  
etiam prædestinato. Id quod sciunt neoterici. Se  
piam ( inquit dominus per prophetam Ozee.)  
vias tuas spinis. Sepit quotidie. Sed quod præ  
destinauit se id facturum: hoc erat ante mundi con  
stitutionē.

## Annotatio. CXXXI.

Acto; xxij.

**P**ercutiat te deus paries dealbate). Edo. Prolis  
xitas annotationis tuę prohibet me: quo mi  
nus scribam. Quam tametsi in multis probo: ta  
mē dum conaris excusare: videris mihi inurere mē  
dacij notam Paulo: q; negauerit se scire ananiā  
pontificem esse: & tamen pontificem esse non po

tuerit ignorare: ut ipse declaras. Neq; vero hoc est declarare non mentitum: q; tyrannum agebat ananias: non pontificem. Nam quantumcunq; tyrannus erat: si tamen pontifex etiam erat: quanq; indignus: mendacijs reus est Paulus . Quum & ille dicat mendacium: si quod verum est: negaueris: etiam si quod dicas verum sit aliqua ratione: sed non ad sensum communem. Inuenio alia ratione Paulum a mendacio esse liberatum. Forte nihil absurdum fuerit: si dicamus Ananiam pontificem non fuisse. Si quidem iam cessauit Pontificatus Mosaicus: postq; pontifex secundum ordinem Melchisedech intravit semel in sancta: eterna redempzione inuenta.

## Annotatio. CXXXIII.

**T**imuit enim ne forte raperent eū &c. vſq; (acce Actoꝝ pturus pecuniam). Edo. Dícis hęc omnia xxiiij deesse in græcis quę ipse videris. Et quid nos tantopere confidimus in græcis exemplaribꝫ. Etia si editio nostra non bñ habet: quomō emendabit ad codices interdū mutilos: interdū plane falsos.

## Annotatio. CXXXIV.

**S**Vperueniēs aut̄ tribun⁹: vſq; (ad te veniet). Ed. Actoꝝ Hęc omnia dícis deesse in exemplaribꝫ græcis: nisi quod in vno reperiſti ascripta in marginem. Vnde dicis te adieciſſe: pr̄fertim quum hic loc⁹ nihil offēderit Laurētū. Ed. Si addi nō oportuit: periculo tuo: & quidē non leui adieceris. Ceterum ipsa loci consequentia sat̄ declarat illic oportere esse: vel hęc ipsa: vel alia eiusmodi verba.

# IN

**I**d quod palam est intuēti. Quomodo enim apte consequetur (a quo) his verbis omissis. Sic habet locus in actis. Inuenimus hunc hominem pestiferum: & concitantem seditionem omnibus iudeis inveniuer so orbe: & auctorem seditionis secte nazarenorū: qui etiam templum violare conatus est: quem & apprehensum voluimus secundū legem nostram iudicare. Superueniens autem tribunus lysias: cum vi magna eripuit eum de manibus nostris: iubens accusatores eius ad te venire. A quo poteris ipse iudicans: de omnibus istis cognoscere: & de quibus nos accusamus eum. Et hic iterum desideratur fides grecorum codicum.

## Annotatio. CXXXV.

**E**odem **Q**uidam autem ex asia Iudei). Eras. Nō estab solutus sermo: nisi subaudias aliquid (postea idem). Ego puto e proximo sartie dū quod deest. Nam quum modo dixerat se fuisse purificatum in templo: sed cītra tumultum: subiicit. Ceterum quidam asiani Iudei (subaudias) suscitarunt eum tumultum: non ego. Edo. Minore negocio & quidem aptius sarcies everbo magis vicino. Precedit enim hunc locum. Et apprehenderunt me clamantes: & dicentes. Tolle inimicum nostrum. Iam se quitur. Quidam autē ex asia: quasi diceret. Qui apprehenderunt me (inquam) ut hoc etiam scias: erant ex asia: quos oportuit adesse & accusare &c.

## Annotatio. CXXXVI.

**A**ctoꝝ **O**mnia quę apud nos sūt cōsuetudines & quę xxv. **Q**stiones). Eras. Ceu theologis fas sit ita loqui

omnia consuetudines & quæstiones.) Ed. Pergis  
 adhuc maledicere theologis: quos & sepe veluti cō  
 temptim nominas. Quid si male hoc interpretat⁹  
 est interpres (quisquis is erat): non in hoc male me  
 ritis sunt theologi. Quid si etiā: aliq̄ sunt ex theo-  
 logis: qui doctrinæ sp̄iritus studeāt: eloquētię nō  
 studeāt: meliorib⁹ occupati: atq̄ interdū eueniat:  
 vt nō satis latine dicāt: qđ si prorsus barbare: & cō  
 tra grāmaticorū decreta: modo id nō studio faciāt  
 sed ignoratiā: nū propterea incesses: & nō potius  
 dabis veniā? Tales erant illi primi ecclesię patriar-  
 ches: qui prorsus incubebant in doctrinā sp̄iritus:  
 & ostēsionē virtutis: nō in sublimitatē eloquētiæ  
 ſecularis: sed diuinę: vt dīj ppe putaren̄. Nō pla-  
 ne callebāt eloquētiā mūdanā: nec e Demostenis  
 orationib⁹: auctupatis sunt verba: aut ſentētias: sed  
 intus ardore sp̄iritus inflāmati: verba mirifica eru-  
 ctabāt. Quibus & ſaxa molliuerāt: & mōtes trāſ-  
 tulerāt: qđ nulla arte potuiffet Demosthenes: aut  
 ſi quē aliū mihi nomies: ex oratorib⁹ ſeculī. Quid  
 ergo theologis obijcis barbariē? qđ & interpres  
 poſſit hoc loco excusari qđ pcliueſit (oia) a libra-  
 rijs aſcriptum eſſe: pro(omnes.) Annotatio.

**B**Enigne triduo habuit.) Er. Mīror q̄ tā elegās  
 verbū i mētēvenerit interpres. Ed. Nusq̄ euā  
 dit naſū interpres. Proxīa ānotatiōe barbariē obie-  
 cisti. Hic miraris: q̄ tā elegāt dixerit. Vide q̄lī ſis  
 eraſme: hō vñq̄ cōpoſit⁹ ac parat⁹ ad male dicēdū  
 interpti. Hęc ānotatio nihil facit ad iſtitutū tuū: vt  
 emendes euāgeliū latinum ad veritatem gr̄cam.

Actoꝝ  
xxviiij.

AD

Ad Romanos.

Annotatio. CXXXVII.

Ro.j.



Bi (Ex resurrectione mortuorum) indicans solum Matthæum de his mortuis narrasse: qui cū Christo surrexerunt: addis: probabile esse: si ea res propriæ pertinuisse ad diuinitatem Christi cōprobandam: cæteros euangelistas rē tanti momenti non fuisse omissiūros: præsertim cum nusq; fuerint diligentiores: q; in resurrectionis argumentis. Edo. In his quæ certa fide tenemus: sicuti de iis quæ scripserūt: vel non scripserunt euangelistæ: quod verum non est: necego puto probabile esse. Nam quod probabile est: nō nullam habet rationem: qua defendatur. At vero scripsisse euangelistas: quod non scripserunt: tantum abest: vt defendi debeat: vt plane impium sit defendere. Præsertim cum ecclesia: plenā nobis ac veram euangelistarum narrationem: iam olim tradiderit: vt impium sit vel addere quicq; vñ adimere. Quod si quisq; audebit dicere: probabile esse: hoc scriptum euangelistis: quod euāgelistæ non habent: vel nō esse scriptum euangelistis: qd plane in ipsis euangelijs continetur: quid potest dici apertius: pro hæreticorum decretis: qui euangelium infestant. Hac ianua aperta: tollēt cristas. Nihil protuleris ex euanglio tam forte: quod ipsi non retorqueant. Quippe clamabunt: probabile esse: non hoc scripsisse euangelistam: sed falso a nobis confictum. Deinde quod dicis probabile

esse: non fuisse omissuros cæteros euangelistas: si  
eares proprie pertinuisse ad diuinitatem Christi  
comprobandum. Imo vero nec ea ratio: q ad  
diuinitatem Christi comprobandum hæc narra-  
tio pertinet: hoc facit probabile quod dicens: si quis  
suum cuius euangelistæ titulum dederit. Nam hoc  
prope peculiare erat aquilæ Ioanni: vt diuinitatē  
Christi comprobaret. Id quod vidit Ezechiel:  
quum de eo dicit. Et facies aquilæ desuper ipsorum  
quatuor. Et multa video Ioanni dicta: ad diuinitatē  
Christi comprobandum: quæ cæteri ne quidē  
attigerūt: q nathanaelem sub fico viderit: q aquila  
in vinum mutauerit: q cæco nato visum restitue-  
rit: q in probatica piscina: triginta & octo annos  
morbo grauatum: liberauerit: q Lazarum resuscite-  
tauerit. Hæc nulli euangelistæ: præterq Ioanni dī-  
ctas sunt. Non tamen (credo) dices probabile esse:  
hæc non fuisse omissuros: si ita haberent: vt refert  
Ioannes. Alioqui siet: vt pene nihil certū sit apud  
euangelistas: quū non omnes omnia dicāt: & quæ  
dicunt: alio modo dicunt: & si non alio sensu: si q s  
christiane intelligat. Nam quatuor facies vni.

## Annotatio. CXXXVIII.

**V**T ne dicā iteris: q ex Matthæi verbis: horū re Eodem  
surrectio vides: Christi resurrectionē pcessis-  
se. (Et postea.) Neq; vero clā me est: Hieronymū:  
cūq; hoc cōplures iterptes: i hac sūia eē: vt dicant  
monumēta dūtaxata apta fuisse: moriēte christo: ve-  
rū nō surrexisse: nisi post pactā illi⁹ resurrectionē  
Et facile credim⁹ authoritatib⁹: q q; si q s expēdat ipa-

# IN

Mathæi verba: deprehendet hanc interpretationem: non nihil esse detortam. Edo. Superius alii quanto hanc sententiam probas: ut dicatur egrediri de monumentis ipsa Christi morte: sed non apparuisse nisi post resurrectionem. Sic etenim refers (post resurrectionem) quod habetur apud Matthæum (addis) ut quemadmodum Ioannes predicationis & passionis Christi: ita hi resurrectionis: ηρόδης ουαὶ μοι id est præcursores fuerint. Sed rogo te. Qui surrexerunt: ubinam vsque Christi resurrectionem fuerunt: si nusquam apparuerunt: Et quales hi præcursores erant: qui postea apparuerunt: quis quem praibant? Etiam si præcursores erant: cur in sancta civitate tantum visi sunt: quo post resurrectionem non erat venturus Christus: nisi clanculum: ut se manifestaret discipulis: propter metum Iudeorum congregatis? Proinde ego verius puto: testes fuissent resurrectionis: quam præcursores. Etsic resurgente Christo: resurrexisse: & postea apparuisse in sancta civitate: ut testes essent resurrectionis Christi: cui co-surrexerunt. Id quod dicit Matthæus: & interpretantur & Hieronymus: & alii sancti.

## Annotatio. CXXXIX.

Eodem **E**ra. Illud proprius ad rem nostram pertinet. Paulus quum obiter: & in tractatu voluerit asserere diuinitatem: & virtutem Christi: magis debebat ipsis adducere resurrectionem: quam aliorum. Ed. Sed amplius quiddam dixit: & vehementius: ad diuinitatem Christi comprobandam: ex resurrectione mortuorum. Nempe maioris virtutis

iudicium: q̄ generalem fecit resurrectionē: & mor  
tem prorsus destruxit.

## Annotatio. CXL.

**A**Varicia). Eras. Quorsum attinet numerare Eodem  
fructus sp̄iritus: quum opera carnis non nu-  
merentur. Edo. Virtus in angusto est: viciū late  
regnat. Vna linea itur ad vitam: infinitis ad mortē  
Nec id ignorauit Aristoteles. Sed & dei opa om-  
nia in numero & mensura sunt: quum dyaboli cō-  
tra extra mensuram sint & numerum.

## Annotatio. CXLI.

**I**N similitudine &c.) Eras. Ethoc vidēdum est Ad Ro  
ma. v.  
theologis: ne plus satis oderit pelagium: & pec-  
catum originale nimium libenter amplectantur:  
sive q̄ in eo libeat argutari: sive quemadmodum  
astrologi per repertos epicyclos: ita hiper peccatū  
originale a multis se dīfficultatib⁹ expediāt. Nec  
hoc dixerim q̄ negem esse peccatū originis: sed q̄  
nolim villam vīm fieri scripturis diuinis. Quin po-  
tius ex ipsa disputationis consequentia expenda-  
mus: quid senserit Paulus: & an consentaneum sit  
hoc gentibus aperire revoluisse. Quod hodie quoq;  
magis creditur: q̄ intelligitur: nimirum communī  
sensu reclamante. Ed. Viderint hireneus: Cypria-  
nus: Reticins: Olympus: Hylarius: Innocētius:  
Basilius ille magnus: Ioannes episcopus: Hiero-  
nymus: Ambrosius: Gregorius: quos tantam di-  
uiniloquο̄ coronam citat Augustinus de pecca-  
to originis. Hunc locum apostoli interpretantes  
in ope qđ inscribit̄ contra Julianū pelagianū: li. j.

Eteiusdem disputationis libri sexti capite secūdo  
 Augustin⁹ Julianum: & complices: h̄eref eos noz-  
 tat: q̄ apostolicum sermonem alio detorqueant.  
 De illis (inquit) apostolicis verbis: in quibus im-  
 pudentia mirabili: imo dementia resistit⁹ funda-  
 tissime fidei: vbi ait: per vnum hominem peccat⁹  
 intravit &c. frustra sensum alium nouum: atq̄ di-  
 stortum: & a vero abhorrente moliris exculpere.  
**Hęc Augustinus.** Neq; vero consentaneum est:  
 profundo rei sensu prohibitum Paulum: quo mi-  
 nus Romanis hoc aperiret. Quę enim mysteria  
 his conferri queāt: quę illic proclamat: dei filium  
 ex David semine natum: mortuum ex mortuis re-  
 surgentem mortem triumphasse: legem dei ore  
 populo hebręo datam: nihil illi contulisse: Iacob  
 deo dilectum: Esau odio habitum: vtrumq; pri-  
 usq; natum: & multa quę illincetui possent: atten-  
 to lectori. Et quid est in fide catholica: quod non  
 abhorreata sensu communī. Etiam si non diceret  
 Esaias. Nisi credideritis: non intelligetis. Imo  
 quid magis conueniebat a Paulo dei i presertim  
 eo loco: quo sedulo cōmonebat Iudeos & græcos  
 omnes egere gratia dei? Quippe q̄ nulla alia ratio  
 ne magis egeant: q̄ quod contraxerinta pthoplasto  
 genitale maculama qualiberari non possent:  
 nisi per fidem mediatoris dei: & homitium Chri-  
 sti Iesu. Hoc est q̄ gratia saluos factos dicit: natu-  
 ravero filios ire. Quid magnificētius dici potuit  
 ad gratię p̄coniu: q̄ q̄ ea sola est: quę innatū nobis  
 ex parētibus viciū prorsus tollit: & tale viciū

qđ solum etiam si aliud non insit: ad inferos pessū  
 dat. Num hoc pertinebat ad eorum salutem: vt sci-  
 rent q̄ essent a prima nativitate inutiles: nec vero  
 possent digni deo esse: nisi secunda nativitate re-  
 generarentur? Id quod aliquousq; tangit Paulus:  
 quum dicit. Cōsepulti cum Christo in baptismo.  
 Et quum monet: veterem hominem exuendum.  
 Quin hoc etiam serio egit Paulus: vt suam pror-  
 sus imbecillitatem: diuinę vero gratię: diuitias: ac  
 superabundantiam agnoscerent. Ref. Eras. Ho-  
 rum sententiam non reiçio. Edo. Hic locus non  
 est tam leuis: vt reiçī posset. Sed tu videris qđ sen-  
 tias: quum theologos mōnes: ne plus satis oderit  
 pelagiū (& subinde) ne peccatū originale nimium  
 libenter amplectantur: & quum innuīs hoc pecca-  
 tum originis inuentum esse theologorum: vt se se  
 expediant a multis difficultatibus: quemadmodū  
 inuētisunt astrologis epicycli. Et qđ postea expē-  
 divis ex disputationis cōsequētia: an hoc senserit  
 Paulus: & an consentaneū sit hoc gentibus aperi-  
 revoluisse: hæc verba an non præferunt te dissen-  
 tire ab his theologis: nec quicq; iuuari theologos:  
 vt peccatū originis dogmatizent ex Pauli verbis  
 hoc loco: et q̄ vim nolis fieri scripturis sacris?  
 Num qui deprecaſ q̄cq; malī: id timet ne insit: vel  
 ne immineat. Sed dicis: non hoc dixerim: q̄ ne-  
 gem peccatum originis. Si tenes ecclesiasticum  
 dogma de peccato originis: nihil quicq; opus est  
 timeas: ne inuētum sit theologorū: quum theolo-  
 gi ab ecclesia sancta hoc dogma suscepérint. Sed

parum abest quin neges peccatum originis: qui  
hunc gladium eripis ecclesie: quo maxime hacten  
depugnauit contra pelagianos. Imo hanc in  
terpretationem cui constanter innituntur theolo  
gi omnes: etiam veteres: quam eliciunt ex verbis  
Pauli. Nonne quum prope dicas extortam esse  
hanc interpretationem: tot veterum nomina: male  
notas? Qui vti in annotatione nominatim citaui  
tam mogno consensu ita interpretationi sunt: nemis  
ne prorsus omnium huic interpretationi refragai  
te: nisi is pelagianus fuerit. Sed & origines: cuius  
nomen antea non citauit in hanc sententiam dis  
serit ex verbis Pauli in hac epistola. Non rei scio  
inquis horum sententiam. Plus satis est dissentire  
etiam si non possis rei scere. Dissentis ab his theo  
logis quos mones. Porro hi secuti sunt veteres:  
quos nominaui: quibuscum ni prorsus sentias:  
malesentis. Si prorsus sentias: quid opus hac ca  
lumna contra theologos: nescio quos? quum eo  
dem simul atramento respargas & veteres. Credo  
te bene sentire de peccato originis. Sed huc ten  
dit disputatio tua: qd nolis vim fieri scripturis:  
quasi id timeas. Si id times: non bene sentis deve  
teribus: & malum suscipis patrocinium: pro pessi  
mis pelagianis. Et vide Erasme an hoc equum sit:  
vt tu solus sapias contra tot patrum grauissima te  
stimonia. Per Christi charitatem obsecro: atq; ob  
testor te Erasme: vt nolis inferre in ecclesiam san  
ctam: hoc nouum genus tractandi sacras literas:  
cum calumnia veterum.

## Annotatio. CXLII.

**E** Ra. (Peruasit.) Ed. Hieronymus commen Eodem  
tarijs Origenis in hanc epistolam reddit (per  
transfjt.) Quin & Origenes mire declarat: dicēs:  
nullam syllabam superfluam esse: aut vacuam.

## Annotatio. CXLIII.

**S**i enim vnius delecto: multi mortui sunt: multo Eodem  
magis gratia dei: & donum in gratia vnius ho-  
minis Iesu Christi: in plures abundauit. Ed. No-  
tas in grēco non esse (in plures) sed in multos (πολλα  
τους.) Hieronymus tamen (plures) interpretatur:  
& Origenes dicit mysterium esse aucti numeri.

## Annotatio. CXLIII.

**E** Ra. Supra modum peccātū peccatum καθ' οὐτε Ro. vij.  
βολὴ ἀμέρτωλος ἀμερτία: quod ita sonat: qua-  
si dicas: scelus. At nos dilucide potius:  
q̄ latine vertimus: (peccaminōsum peccatū.) Nā  
quod vertit (peccans) grēcis non participium est:  
sed nomen adiectiuum. Ed. Hieronymus legit:  
ut fiat supra modum ipsum peccatum peccator: ex  
occasione mādati. Addit. Quod autem diximus  
(peccatū peccator): maluimus vitiū sermonis ad-  
mittere: q̄ sensum Apostoli nō integrē exprimere

## Annotatio. CXLV.

**E**T non misericordiam consecutam misericor Ro. ix.  
diam consecutam. Er. Id in grēcis codicib⁹  
non habetur ascriptum. Ed. Origenes legit: & de-  
clarat: sicut & ecclīa legit. Annotatio. CXLVI.

**Q** Viest in omnibus deus.) Ibi. Loquens de cō Eodem  
metarijs Origenis in epistolā ad Romanos:

dicis. Item reperies in his commentarijs: inspersa de diabolo redimendo &c. Ed. Inuenio hanc opinionē explosam in his commentarijs. Neq; puto (nisi me fallit memoria) quicq; illic esse quod Origeni obīisci possit de demonib; redimendis. R.

R̄nlio  
Erasmi  
Confu  
tatio.

Era. Cap. iiij. super illud (ut omnis mundus subiectus fiat deo.) licet subodorari tale aliquid fuisset: licet interpres correxerit ut cūm q;. Ed. Nullum est indicium eius rei eo loco. Legat qui volet. Tantum disputat: an angeli etiam legi naturali sint obnoxii. De demonib; redimēdis nullum prorsus verbum. Quin potius: quod pro cōtraria sententia facit: obiter affert sententiam Iudæ: qua confirmatur nunq; esse redimendos: qui non seruauerūt principatum. Vnde elicit & legi naturali fuisse obnoxios. Hæc sunt verba Origenis. Nisi hac lege tenerentur: nunq; de eis diceret scriptura diuinā: angelos quoq; qui non seruauerunt principatum suum: sed dereliquerunt propriū domiciliū: deus ad iudicium magni dei: eternis vinculis in tartaru constrictos: sub caligine reseruauit. (Subdit) Vnde constat inesse his legem: qua nō obseruata: passi sunt hæc: quæ scriptura superius testata est. Hec Origenes.

Annotatio CXLVII.

Ro. xj. **T**N captionem.) Er. Non est accipienda hoc loco (captio) pro decipula: vnde captiosos dicim⁹: sed pro venatu quo capimus feras: θήρας. Ed. Hieronymus tamen dicit. Potest & captio huius mensae videri: qua dominus eos cœpit: quum dixit ad eos. Quid vobis videſ de Christo: cuius filius est?

## Annotatio.CXLVIII.

**E**ra.(Post ea verba. Alioqui gratia: iam non Eodem est gratia) desunt in nostris codicibus hæc. (Si vero ex operibus: iam non est gratia: quādoq; dem opus iam non est opus.) Ed. Orígenes nō habet hæc verba. Puto additaa quo piam græco commentarij vice: q̄q etiam sunt subobscura.

## Annotatio.CXLIX.

**D**ominio seruientes.) Hieronymus. Scio in Ro.xij. non nullis latinorum exemplaribus haberi (tempori seruiētes) quod mihi videtur incōuenienter insertum: nisi quis forte ita dictum putet &c. apud Hieronymū: in commentarijs Orígenis. Et sic non vsque quaq; damnat. R. Eras. Iam addi- Rñsio deram annotationibus meis. Erasmi

## Annotatio.CL.

**N**ecessitatib<sup>9</sup> sanctorū cōmunicātes.) Hiero. Eodem legit(vsibus) sed addit. Memini in latīnis ex exemplaribus magis haberi (memorijs sanctorū) verū nos nec cōsuetudinē turbamus: nec veritati præ iudicamus: maxime quum vtrūq; cōueniat ædificationi. Ed. O Hieronymianam modestiam.

## Annotatio.CLI.

**Q**uesti volūtas dei: accepta & pfecta.) Ita eras Eodem mus i cōtextu: iuxta exemplar quo vsus est. At Hieronym<sup>9</sup> dicit in græco haberi (Quæ sit volūtas dei bona: & bñplacita & pfecta.) In cōtextu habet (Quæ sit volūtas dei: qđ bonū: & bñplacitū & pfectū.) Erasmus (bona)nō habet: & pro (be- ne placita) habet(accepta.) Annotatio.CLII.

**Ro. xiij.** **D**amnationem acquirunt.) Er. ἀνέψεται: id est accipient futuri temporis. Ed. Hieronymus in cōmētarijs Origenicis interpretatur in cōtextu (acquirunt) declarando (conquirunt.)

Annotatio. CLIII.

**Roma. xiij.** **A**ssumite. (Er. προσλαμβάπετε: id est vobis adiūtum) declarando. Ed. Origenes Hieronymo interprete (assumite) declarando. Annotatio. CLIII.

**Eodem** **E**t qui non sapit: domino non sapit.) Ed. Hoc quod dicis græce haberi: Origenes non habet. Annotatio. CLV.

**Ro. xv.** **N**Os firmiores.) Era. Græce: Nos q̄ potētes, Ed. Hieronymus interpretat (firmiores) & Origenes declarando sic legit. R. Er. Sed latine: nō græce. Ed. Nō puto Hieronymū aliud latine legere: q̄ inuenerit græce: virū præsertim ea diligētia: vt nūq̄ non moneat: si vetus editio a græco dif- fident. Hoc satis est illum sic legere: & interpretari: & de varia lectione nihil annotare. Qum Hieronymum toties testeris: indica mihi locum: ubi citas græce loquentem?

Annotatio. CLVI.

**Eodem** **S**vscipite inuicem.) Er. Græce: assumite inuicem, Ed. Origenes interprete Hieronymo: suscipite declarat.

Annotatio. CLVII.

**Eodem** **T**n abundantia benedictionis Christi.) Edo. Ex græco addis (euangelij) In abundantia benedictionis euangelij Christi. Origenes (euangelij) non habet,

j. Ad Corinthios.

## Annotatio. CLVIII.

**D**Rioris ad Cor. ij. ( Quam nemo j. Co. ij principū.) Era. Non hic demones sed philosophi oratores & alioq. docti: qui olim in re pubblica regnabāt: itelligūt: authorib<sup>9</sup> Chrysostomo & Vulgario. Edo. Sed his principibus postea imputat: q̄ Christū occiderūt: quum ex philosophis: oratorib<sup>9</sup>: aut doctis: non essent qui in ei<sup>9</sup> necem cōsenserūt. Et tñ Origenes in Mattheū dicit: per principes demones significari.

## Annotatio. CLIX.

**Q**Via oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in j. Co. ij cor hominis ascendit: que preparauit de<sup>9</sup> his qui diligūt illū. Ita Origenes Hieronymo interprete declarat in Homelia. ix. super numeros. Er. ascenderunt.

## Annotatio. CLX.

**L**Ignū fœnū stipulā). Er. Illud obiter annotā- j. Co. iiij.  
dū: q̄ dixit aurū: argētū: & lapides p̄ciosos p̄tinere ad pios: lignū: fœnū: & stipulā ad impios vt palā est ex. j. li. Hieronymi aduersus Iouinianū. Trib<sup>9</sup> enī duraturis ī ignī: tria opposuit peritura. Si ignis īciderit: id est exacta exploratio oper<sup>9</sup> de- trimētū patie<sup>t</sup>: id est dāno afficie<sup>t</sup>. veniā cōsequetur vtcūq: verū nihil auferet p̄mij. Ed. Si igne vocas exactā explorationē operū: quo p̄ ignē veniā cōsequent<sup>t</sup>: q̄ ipijsunt: quos dicis ī ligno fœno & stipula designari: quū exacta exploratio: non illis

peccatū minuat: vt venia donen̄t; sed ea poti⁹ peccatū discernitur quale sit: & qua dignū poena. Sed neq; peccator ex eo veniā consequitur: q; peccatū explorat: sed q; deplorat. Et quis nā ille dies dñies qui reuelabit: vt idē Paulus dicit: Nonne ille iudi cij extremus? Conueniū ergo & dies: & ignis: qui eo die scripturis testantibus: futurus est conflagratiois: quo purgabunt: qui nondū plene purgati lignum: fœnum: & stipulam superedificauerunt. Et mūdi totius facies exuretur. Impios vero quis dixerit superedificare: & non poti⁹ amoliri funda mentū? Re. Er. Facta pereunt: non homines. Ed. Diu meū hēsitaui quid sit qđ dícis (facta pereunt non homines). Semel atq; iterū recēsui annotatio nem meā: & nihil in ea potui inuenire: cui obuiet hēc tua responsio. Nam nec de hominib⁹ pereuntibus: nec de factis: quicq; ibi dīctū est. Demū suc currebat: vt hunc locū apud Paulū legerē ppensu rus an illice ēēt occasio desumpta. Peruenio ad hēc verba (vniuscuiusq; op⁹ quale sit ignis pbabit). Si cui⁹ op⁹ māserit: qđ supedificauit: mercedē accipi et. Si cui⁹ opus arserit: detrimētū patieū). Hēc vbi lego: hinc scilicet (in qđ ille scrupus. Nō q; agnosce rē q;cq; meę annotatiōi respōsū: sed q; huic ptneat qđ r̄ndisti (fctā ne: an hoīes peāt). At tu facta pīre dicis: nō hoīes. Ego vero illa mea ānotatiōe nihil q;cq; dixi: qđ ad hāc disputationē detorq̄ri possit. Sed quia id placet: paucis excutiam⁹ hunc locum ceu impertinētē. Facta perire dicis: non homines Quū (perire) dicis: in igni perire sentis: quo exa-

minant facta: alioqui nihil ad hunc locum dicas: deinde: quum facta dicas: necesse est alterum significares: vel ipsum opus: vel reatum. At in igni illo examinatio: perire opus: non dicas (credo). Quippe quod iam olim perierit: quum perpetratum est Sed nec reatus unquam abolebitur: in his quos notas ligno: feno: & stipula significari: in his scilicet qui ad eterna supplicia damnati sunt. Sed quod homines dicas non perire. ego tecum sentio: quos credo eternum mansuros: siue ad poenam: siue ad gloriam. Quod si mitigabamus verbum tuum (perire) & utemur verbo apostolico (ardere) (quasi dicas operardetur: non hoies). (Sic enim dicit apostolus. Si cuiusopus arserit) &c. expediamus: an hoc possit dici. Sed ne dicat statim repugnat verba apostolica. Ipse autem salvus erit: sic tamquam quasi per ignem. Ipse (inquit apostolus) salvus erit per ignem. Hoc ad hominem referunt non ad opus. Id quod ante me annotauit Hieronymus. siue quisquis est: haud dubie vir doctus: cuius feruntur commentarij: in priorem epistolam ad Corinthios: sub nomine Hieronymi. Cuius hec verba sunt: Quod autem ait. Si cuius opus arserit: dannus affectus erit. non hic: ut quidam putant: in ignis flamma arsura sunt opera: sed homines: qui ita operatis sunt: ut mereantur incendio deputari. Si autem opera: id est criminata punientur: salvo eo qui perpetrauerat: non erit ei damnum: sed lucrum. Unde manifeste ostendit: sicut supra comprehensum est: homines esse aurum: argentum: lapides preciosos: lignum: fenum: stipulam: hec ille. Itaque si vi huius verbi (perire) tenes:

nec facta pereūt: nec hoīes. Si nō mitiges apostolico  
teperamēto: vt loco (pereūt) (ardēt) supponas: nō  
facta ardēt: sed hoīes. In hāc sentētiā nō nihil scri-  
bit Hieronymus. li. ij. contra Iouinianū.

## Annotatio. CLXI.

j. Co<sup>g</sup>. **E**R. Ex græco. Oēs quidē nō dormiem⁹ / sed oēs  
xv. īmutabimur). Ed. Origenes cōtra celsū legit  
(oēs qđ resurgem⁹): sed nō oēs īmutabimur. Etiā  
si oēs īmutabūt: qđ est qđ sequit̄: (& nos īmutabi-  
mur) quasi se & suisilēs: discerneret a ceteris: Id qđ  
videt̄ dicere Origenes. Hieronym⁹ nobiscū legit:  
altege sensū citat. R. E. Quid nī discernat viuos a  
mortuis? Ed. Si nobiscū legeres (nō oēs īmutabi-  
mur) bñ forte quadraret qđ rñdes (qđ nī discernat  
viuos a mortuis?) Sed quū vt& qđ legas: & nos īmu-  
tabimur: & etiā oēs īmutabimur: nescio quo pa-  
cto discernis viuos a mortuis: quū oēs dicis īmuta-  
dos: Nā si oēs īmutabuntur vbi est hoc discrimē.

## Annotatio. CLXII.

.ij. Co. **C**hristi bon⁹ odor sum⁹ deo). Er. Et deū rursū  
ij. Cappellat patrē suo more. Quoties ei absolute  
hoc vtitur verbo: deū patrē intelligit. Ed. Hoc nō  
ita habere: aliquot loca demōstrāt: qđ supra citau-  
m⁹. Neq; qcq; hic phibet: quo minus referri possit  
ad deū absolute: id est ad totā trinitatē. Nā xp̄i hy-  
postasis duas cōplecti naturas. Et cur nō etiā chri-  
sto debebāt ḡras: qđ xp̄i bon⁹ odor erāt: xp̄o qđ eū  
deo: qđ in xp̄o triūphauerāt: & deo: & hoīe. Et ver-  
bū: nī sit absolute de⁹: de⁹ nō est. Qđ si absolute sit  
de⁹ quomō p̄ absolutā appellationē dei: sol⁹ pater

intelligit.

## Annotatio. CLXIII.

**I**n faciem.) Era. ειστότελος: id est in fine. Ed. ij.co. iij  
**I**n faciem lego apud Origenem: interprete Hieronymo in Exodū: quo loco hec verba habet. (Et non sicut Moses ponebat velamen supra faciem suam: vt non intenderent filii Israel in faciem vultus eius.) Hic vides nō solum dicere (in facie): sed quo magis explicet rem: addere (vultus eius.) Sic etiam habet textus Exodi. unde sumptus est hic locus. (Viderūt cornutam faciem Mosi: & timuerunt.) Quidq; (vt ingenue fatear) lego apud Hieronymum: commentarijs in secunda epistolam ad Corinthios (in finem) sed in aliud sensum: q; ipse ponis. Et subdubito an alijs nouator: hoc de capite suo apposuerit: quia vidit ita haberī ī quibusdam grēcis. Quidq; in omnibus non ita habere: satis declarat lectio Origenica: quā ceu magis quadram imitari par est. Nec (qd scio) vsq; legi (in fine) apud Hieronymum: prēterq; hoc vno loco: qui nō fallor: nouatus est.

## Annotatio. CLXIV.

**E**ra. Et quod euacuatur: vel aboletur: ) vt referas Eodem (eius qui euacuatur: vel aboletur: ) ad Mosen: aut absolute: in finem eius rei: quae euacuatur. Ed. Expende locum hūc in contextu: & statim videbis: quo referri debeat relatiū (qd) Locus sic habet. Habētes igit̄ talē spem: multa fiducia vt̄m̄r: & non sicut Moses ponebat velamen super faciem suam: vt non intenderent filii Israel: in faciem eius: quod euacuat. Sed obtusi sunt sensus eorum: quasi diceret. Nos multa libertate vt̄

mur in Christo: & non sicut Moses ponebat vel  
 mē filijs Israel: sic nobis ponit: sed abolet: quū Iu  
 dæorū adhuc sensus sint obtusi. Nos vero oēs: re  
 uelata facie gloriā domini speculātes &c. Domīn⁹  
 aūt sp̄iritus est. At ybi sp̄irit⁹ domini: ibi libertas:  
 & nō velamē. Vides hoc relatiū(qđ) referri ad ve  
 lamē. Et sic refert Hieronym⁹. Sed qđ applicas: vt  
 nō intēderēt in finē ei⁹ rei: quæ euacuat: nescio an  
 possit stare. Ego magis puto: velamē cōmonitos  
 esse: vt intēderēt in finē eius rei: q̄ euacuat: id est in  
 Christū. Cōmonitos inquā: q̄ q̄ q̄ gloriosus esset  
 vultus Mosi: tñ velatus erat: & obūbratus: & q̄ ve  
 rā gloria fili⁹ régis esset abintus. Et propterea: nō  
 illis sistendū: vt vultus Mosi gloriām contēplent:  
 sed penitus introspiciendū: eruendū ex mysterijs:  
 quē lex & prophetē prēnūciabant: abolēdam glo  
 riām vultus Mosi: nūq̄ finiendam gloriā eius: q̄ a  
 Mose multis sacramētis prēsignabat. Gloria vul  
 tus Mosi erat: q̄ in heremo bibeant de petra: sed  
 velata filijs Israel: q̄a obtusi sunt sensus eorū: at re  
 uelata apostolis: q̄ bibeant de sp̄iritali cōsequēte  
 se petra. Petra vero (ait reuelata facie Paulus) erat  
 Christus. Hūc sensum videtur mihi confirmare:  
 qđ sequit⁹. Quū cōuersus aūt fuerit ad deū: auferet  
 velamē. Quid est: quū conuersus fuerit ad deū: ni  
 si quū intēderit in finē legis: id est christū: auferet  
 velamen.

## Annotatio. CLXV.

Eodem **O** Btusi sunt sensus eorum. (Erasmus. Id est ex  
 cæcati sunt: & (cogitationes) potius q̄(sensus)  
 Ed. Nostra lectione cōtēti sunt: & Hieronymus

in cōmentarijs: & Orígenes in Exodū: Hieronymo interprete. Annotatio. CLXVI.

**O**cculta dedecoris.) Eras. Aptius (probr.) ij. Cor. Edo. Hieronymus declarat dedecoris. iiiij.

Annotatio. CLXVII.

**D**ominū nostrū. Era. (Nostrū) redūdat. Ed. Eodem Hierony. legit. Annotatio. CLXVIII.

**P**Er Iesum.) Er. (Propf Iesum.) Ed. Hierony. Eodem mus legit (p Iesum.) Annotatio. CLXIX.

**I**n faciē.) Er. (In facie.) Ed. Sic legit Hier. (ifa- cie) & iterptāt: & sic habet ī cōtextu. Ex quo ad- ducor vt credā & emēdaturū fuīſe pxime prēcedē tialoca: si sic habuīſſet codices Hieronymiani: vt habēt Erasmici. Annotatio. CLXX.

**S**Emp mortificationē Iesu Christi.) Era. Grēce Eodem ſest(dñi Iesu.) Sed obſtrepet alijs: qđ iſta faciūt ad ſenſum: an ſit dñi Iesu: aut Iesu Christi? Prīmū arbitror eſſe nefas ī diuīnis literis: ſi v'l vnu apicē: ſciēs ac volēs mutes. Ed. Nihil hic mutat Hiero. qđ tñ facit: quū res monet. Sed laudo: qđ dicis i di uiniſ literis nihil mutandū: ita tñ vt te ſtrīngā tua ipſi⁹ lege. Nā quoties: ex eo qđ nimis impēſe credis codicib⁹ tuis grēcis: mutasti loca: alioq̃ icertus: an codices grēci bñ haberēt? Certa ſnia plerūq̃ dam- naſ iterprete: ſi aliud iuenias ī tuis grēcis: qđ habet codex latīn⁹: quū interdū & grēcis: diuersa reperiāt in diuersis exēplarib⁹: interdū nullus habeat inter pres: qđ habēt tua grēca: & tamē incūſtāter mutas. A Equū eſequaris legē: quā ipe tuleris: ne vox tua vox Iacob ſit: manus autem/manus ſint Eſau.

## .II.AD

### Annotatio.CLXXI.

Eodem **H**Vmiliamur sed non consundimur.) Er. Hec non habentur in græcis codicibus: nec in lectione Ambrosiana. Ed. Nec apud Hieronymum: ut ita intelligas Hieronymum: & alia fuisse prætermisurum: quæ superius annotantur: si ita habuissent exemplaria.

### Annotatio.CLXXII.

ij.co.xj **E**dou. Erasmus de Lyrano loquēs: q̄q̄ (inquit) nō est huius instituti discutere quid huiusmodi descriptores senserint: quos constat veterum ignoros literarum: tumultuariō studio: hinc atq̄ hinc cōsarcinatis glossematis: sacras tulisse literas. Cū antiquis: nobis potius res est. Ed. Et tamen his etiam agendæ sunt gratiæ: qui pelles & pilos caprarum: intulerunt in tēplum domini. Quum & hie tamen humiles ac sordidivit tu putas commentarij: veterum sententijs nititur: ac sæpe exactius catholicam veritatem explorant: q̄ quī sibi videntur plus sapere.

### Annotatio.CLXXIII.

Eodem **I**N falsis fratribus. Er. Sæpius iā admonui: fratres absolute dici omnes Christianos. Quod quidem cognominis: nunc a paucis occupatum est: velut ad illos solos reciderit christianissimus. Ed. Athi mihi videntur hoc nomine laudandi: quum fraternitatem profiteantur arctiore quodā nodo q̄ habet hęc cōis in Christo fraternitas: etiā fratrum cognomine: ceu pia quadam: & vere christiana ostētatione glorient. Nā sicut nōnullū spe cimen est veri christiani: christianum se profiteri:

& velle vocari: ita vere fraternitatis argumentum est: pia in fratri cognomine gloriatio. Sed & hi institutum fraternitatis suscepunt: altiore quodam modo: quod qui saeculares appellantur. Quippe ut simili habitent vnamimes in domo: ut idem sentiantur: eadem faciant: omnia sua sibi inuicem communient. Haec vero omnia adamussim quadrant ad veram fraternitatis normam: quae in apostolis primis inchoata est. Ipsi vero viderint: an nomini suo respondent: ut charitatem fraternitatis diligant.

## Annotatio. CLXXXIII.

**Q**uinquies quadragenias &c. Er. Ambrosius Eodem dicit praeceptum in Deuteronomio: ut plagi triginta nouem emendarentur: qui commiserunt. Ed. In Deuteronomio sic habetur. Pro mensura peccati: erit & plagarum modus: ita duntaxat: ut quadragenarium numerum non excedant. Sic hebrei <sup>נָסְפֵר אַרְנוּיִם כֹּה לְאַסְדֵ'</sup> In numero quadragenario percutiet eum: non addet. Responsio Eras. Accusa Ambrosium. Ed. Ambrosium venit: cuius & autoritatem libenter suscipio: ut Erasmus tamquam preferam verba sacra. Tu ex Ambrosio pro Confutatoris. Ego profero ex sacris literis. Iam partes tuae sunt: ut authorem defendas: si quomodo possis. Issi adesset quem citas (nihil dubito) haberet quod se vencunt tueretur. Nam & ipse forte inuenio: quod possit pro eo dici: etiam si nulla ratione probari queat citato: ceu vera. Quod facile deprehenditur ex ipso loco: nec ipse repugnas: & plane sic habet hebraicum: ut nos legimus: Certe quoniam sumperis

tibi hanc auotandi prouinciam in sacras literas:  
non debuisset tibi imponere citatio Ambrosiana  
aut quęuis alia. Qum alterum parsit: vt aut non  
ignores: aut saltem locum quem citas: vel tuos sen-  
su: vel alterius cuiusvis diligenter explores. Supi-  
nitas impietas prope est in literis sacrīs.

## Annotatio. CLXXV.

.ij. Co. **A**N experimentum queritis). Era. Non est  
xiiij. (an) sed quandoquidem. (Et postea) quorsū  
opus erat interpreti addere(eius: qui in me loqui-  
tur Christus)? Quod primum non est apud græ-  
cos: deinde non citra solēcismum accessit oratio-  
ni. Edo. Hieronymus commentarijs in sopho-  
niam legit nobiscum (An experimentum queris-  
tis eius qui in me loquitur Christus). & sepe alibi.  
Ad Galathas.

## Annotatio. CLXXVI.

Gal. j.



V1 est gloria) Erasmus. (est) non  
est in græco: sed tantum(cui gloria).  
Edo. Hieronymus in commenta-  
rijs legit(Cui est gloria.)

## Annotatio. CLXXVII.

Eodem **M**odo enim hominibus suademos). Eraf.  
Ex græco: nunc enim homines suadeo an de-  
um? Edo. Hieronymus nobiscum legit.

## Annotatio. CLXXVIII.

Eodem **N**T Eę didici). Eraf. Apud græcos non est(didi-  
ci) sed (doctus sum). Edo. Hieronymus leg-  
it(didici).

## Annotatio. CLXXIX.

POst annos. xiiij.) Er. Gr̄ce (per annos. xiiij.) Gal. ii.  
Edo. Hieronymus post &c.

## Annotatio. CLXXX.

**I**N faciem testiti) Ibi dícis: Petri simulatio: quod verum Eodem  
debat noxia fore getibus: simulata reprehēsione  
corrigebat. Ethācvtriusque hypocrasim: dispecsatio  
nēvocat Hieronymus. Quāque hēc interptatio nō  
probabil Augustino. Et hinc mota est illa magnifica  
de mendacio inter illos disputatio: quu hic nullū  
sit mendacium: quod oratione committitur: sed  
dissimulatio tantū: & simulatio facti. Edo. Num  
propterea non est hēc simulatio mendaciū: quod nō est  
mendacium: quod ore committitur? Quō ergo  
mentitus est Ananias ad quē Petrus in actis dicit.  
(Anania cur tratauit satanas cor tuū: metiri spūi  
sancto). (Et postea). (Non es hominibus mentis  
tus: sed deo): quum nihil legas locutum Ananiā:  
sed tantum facto simulasse: nihil sibi relictum de  
precio predij. Et quoties legis in prophetis men-  
daciū dicit: quum nihil subsit veri re ipsa: vel fa-  
cto. Hinc Panlus. Coluerunt mendaciū. Sed  
hinc argumentum sumit mendaciū Augustinus  
contra Hieronymum: quod Paulus dicit Petrum re-  
prehensibilem: quum Hieronymus conetur o-  
stendere Petrum non fuisse reprehensibilem.  
Vnde & necesse est sequi Paulum fuisse menti-  
tum: vel saltē dixisse mendaciū: si Petrus non  
esset reprehensibilis.

## Annotatio. CLXXXI.

Eodem **V**oniam reprehensibilis). Er. Ex græco quo  
**Q**oniam reprehensus erat. Edo. Hieronymus  
 (Quoniam reprehensibilis erat) legit: etiam in co-  
 mentarijs: quum tamen egeat hac interpretatione  
 ex græco tuo: contra augustinum. Nam si repre-  
 hensus sit: non reprehensibilis. Inde dissoluimus  
 test vnum nodus: quo Hieronymum stringit Au-  
 gustinus. Et nihil minus credo: q[uod] Hieronymum  
 fuisse omissurum hanc interpretationem. si illius  
 græco respōdisset. Sed nec bene quadrat (quoniam  
 reprehensus erat) Restitu illi in faciem: quoniam re-  
 prehensibilis erat: quū bene cohæreat: quoniam re-  
 prehensibilis erat.

## Annotatio. CLXXXII.

Ga. iiij

**F**actum ex muliere. Eras. natum. Edo. Hie-  
 ronymus commentarijs ad Gal. legit factum  
 Et in Esaia. xlvi. declarat.

## Ad Ephesios.

## Annotatio. CLXXXIII.

Ephe. j



**N** ipsum. Er. (εἰσ αὐτῷ: id est in se) Quanq[ue] potest & ad Christum refet  
 ri: sed coacti⁹. Nam per adoptionē  
 efficiunt̄ f̄res Iesu xp̄i: nō filij sed fi-  
 lij dei patris &c. Edo. Nescio an  
 (εἰσ αὐτῷ) possit esse in (se) quum non aspiretur:  
 iuxta tuam ipsius annotationem eodem capite.  
 Hieronymus in textu habet (in ipsum). In com-  
 mentarijs legit (in ipso): Sed interpretatur in ipsu-  
 scilicet Christum. Et quid vetat nos dic̄ filios Ie-  
 su Christi per adoptionem: quum is deus vnum sit

cum patre: etiam si secundū dispēsationem carnis:  
frater noster & caro sit. Hoc nō ignorāt neoterici  
nec id negant veteres. Plane hoc sciuit Hierony.  
qui sic etiam declarat de filio: commentarijs ad  
Ephesios. iij.

## Annotatio. CLXXXIII.

**Q** Vę in terra). Eras. Quod additur ingræcis Eodem  
codicibus (ἐπ ἀντῷ: idest in ipso). Nec apud  
Ambrosiū reperio: nec apud Hieronymum. Ed.  
Apud Hieronymum est in contextu: in quo nihil  
temere ponit: quum non nihil mutarit.

## Annotatio. CLXXXV.

**A** Lienati a conuersatione Israel). Er. A ciui- Ehesi.  
litate: siue a republica Israel. Edo. Hierony ij.  
mus legit in commentarijs (a conuersatione) &  
declarat.

## Annotatio. CLXXXVI.

**O**Mnis paternitas). Er. ὡς τὰ πάτερα omnis fa-  
milia: ut indicat & diuus Hieronymus in cō-  
mentarijs. Edo. Hieronymus in commentarijs  
declarat (omnis paternitas) sed & idicat verbo he-  
braico (מִשְׁפָּט) respōdere verbū grēcum πατέρα  
Nec etiam negat: hoc verbum grēcum interdum  
significare paternitatem. Et sic duo loca citat ex  
libro numerorum.

## Annotatio. CLXXXVII.

**E**RAS. Iam quēstiones illę: quas mouet hoc lo- Eodem  
co diuus Thomas Aquinas (num qua pater-  
nitas sit in cœlo: & num omnis paternitas quę est  
in cœlo & in terris; deriuata sit ab ea paternitate q  
r iij

est in diuinis: )q̄ apte pertineant ad hunc locum:  
 viderint theologi: quandoquidem vocē: vnde que  
 stionem omnem elicit: non intellexit. Ed. Eadē  
 opera taxas & Hieronymum: qui hoc loco longa  
 disputatiōe dissertat: quomodo de<sup>9</sup>: paternitatis  
 nomen communicet creaturis: vt hoc indicet: etiā  
 tā sepe repetito vocabulo: nihil abhorrese: vt di  
 catur omnis paternitas. Nec Thomas ignorauit  
 vocabulum paternitatis: vnde hanc disputationē  
 elicit: etiam si ignorauit: quid huic vocabulo grā  
 ce respondeat. Sic oībus theologis grāce nescien  
 tibus: os obstruxeris: ne de sacris literis disputet.

## Annotatio. CLXXXVIII.

**Ephe. v** **S**Acramentum hoc magnum est &c.) Dicis non  
 magnopere colligi ex hoc loco: matrimonium  
 esse sacramentum. Ed. Imo ex hoc loco plane col  
 ligi potest: matrimonium esse sacramentū. Quod  
 ipsa verba: si quis iuste expendat: satis praeferunt.  
 Primum præmittit. Viri diligite vxores: vt Chri  
 stus ecclesia. (Deinde) Viri debet diligere vxores:  
 vt corpora sua. Nemo enim carnem suam odio ha  
 buit. (Postea sequitur.) Propter hoc relinquet ho  
 mo patrem: & matrem suam: & adhærebit vxori:  
 & erunt duo in carne una. (Subsequenter infert.)  
 Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico  
 in Christo & ecclesia. Iam rogo te: quod sacra  
 mentum innuit: quum dicit: (sacramētum hoc magnū  
 est.) Non (puto) dices: Christi & ecclesiæ: ne insul  
 fasit dictio. Sacramentum hoc Christi & ecclesiæ:  
 magnum est in Christo & ecclesia. Quod ergo dī

cit (sacramentum hoc): non habes quo referas: nisi ad coniunctionem viri & mulieris indisso-  
lubilem: ex illis verbis. (Propter hoc relinquet  
homo patrem: & matrem suam: & adhærebit vxo-  
ri: & erunt duo in carne vna.) Hunc sensum: expli-  
cat Augustinus lib. i. de nuptijs & cōcupiscentia  
ad Valerium. Respondebit (inquit) Connubij sa-  
cramentum. De me ante peccatum dictum est: in  
paradiso. Relinquet homo patrem: & matrem: &  
adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.  
Quod magnum sacramētum dicit Apostolus: in  
Christo & ecclesia. Quod ergo in Christo & eccl-  
esiæ est magnum: hoc in singulis quibusque viris: atque  
vxoribus est minimum: sed tamen coniunctionis  
inseparabile sacramētum. Hæc Augustinus. Nec  
abhorret ab hoc sensu Hieronymus: & quem ille  
sequitur Gregorius Nazianzenus: commētario-  
rum in epistolam ad Ephesios: capitulo quinto.  
Era. Neque enim in hoc magnum sacramentum est R̄nsio  
sive iungatur vxori. Edou. Ethoc inquam sacra Erasmi  
mentum magnum est: in Christo & ecclesia. Ha- Confu-  
betenim quiddam pertinens ad integratatem sa-  
cramenti: hæc cōiunctio. Quod aper te sentit Leo  
papa. xxvij. quæst. ij. cap. Quum societas his ver-  
bis. Quum societas nuptiarum: ita a principio sit  
instituta: ut præter coniunctionem sexuum: non  
habeat in se Christi & ecclesiæ sacramentum: non  
est dubium: illam mulierem non pertinere ad  
matrimonium: in qua docetur non fuisse nuptia-  
le mysteriū. Idē Augustinus eodē loco. c. Nō est.

Rñsio Resp. Eras. Non omne mysterium est vnum ex se  
 Erasmí ptem sacramentis: & tamen sunt magna mysteria:  
 sicut q̄ Aeuafacta fuit de latere Adæ: mysterium  
 est: remarcana designa. Præterea Augustinus  
 negat magnum esse sacramentum in viro & uxore:  
 sed magnum est: quod illa cōiunctio representat.  
**N**e q̄ tamen necessarium est: vt typus per omnia  
 respōdeat: sicut adulterium David cum Bersabee  
 sacramentū est synagogę abductae a Mose: & Chri-  
 sto iunctae: non tamen conueniunt omnia. Postre-  
 mo ex nullo veterum doceri potest: matrimonium  
 fuisse vnum ex septem: quum nec Dionysius cetera  
 recensens: hoc commorem. Et Cyprianus fate<sup>t</sup>  
 minora sacramenta: non a Christo sed a patribus  
 instituta. Ed. Q uod primū dicis: non omne my-  
 sterium: esse vnum ex septem sacramētis: (deinde)  
 q̄ magna sunt mysteria: (postea) q̄ non sit necessa-  
 riū: vt typus per omnia respōdeat: in his tecum  
 consentio. Sed nihil hæc faciunt ad annotationē  
 meam. Ne q̄ opus erat: vt huc adduceret hæc: ni:  
 hil ad rem facientia. Nam hactenus certatum nō  
 est: an matrimonium sit vnum ex septem sacramē-  
 tis. Q̄q̄ id nemo sane negauerit: nī is velit vnu<sup>s</sup>  
 contra catholicam ecclesiam pugnare. Quæ & lai-  
 cis: & pueris hoc scientibus: matrimoniu<sup>m</sup> ceu vnu<sup>s</sup>  
 ex septem sacramētis nullo reclamante: tot iam se-  
 culis venerata est. Etiam quando septem fateris: si  
 matrimoniu<sup>m</sup> loco pepuleris: in matrimonij locū  
 aliud surroga: & doce nos: q̄ sūt illa septē. Nec q̄c<sup>z</sup>  
 q̄ pbat qd affers: (ex nullo veterū doceri posse: ma-

Confu-  
tatio.

trimoniū fuisse vnū e septē: quū nec Dionysi⁹ cete  
 ra recensens, hoc cōmemoret). Num ppter ea nul-  
 lis veterum commemorat: q̄ Dyonisius non com-  
 memorat? Aut num īnde necesse est sequi: vt non  
 sit vnum e septē: quia Dyonisius non recenset?  
 Sicutiam penitētie sacramētū de numero deleue-  
 rit: de quo nihil quicq̄ mihi videſ dīcere Dyonisius:  
 cui nec erat hoc institutū: vt sacramēta & eōg  
 numer & describeret: sed vt munera illa hierarchica:  
 de quibus tam sublimiter philosophatur: etiam  
 in ecclesiasticis signis venaretur. Nam ne ea tan-  
 tum explorat in his quę p̄prię ecclesię vocantur  
 sacramēta: sed etiam in alijs mysterijs: seu sacrī ce-  
 rimonij: sicuti de mysterio monastīcę pfectiōis:  
 vt plane videre liceat: hanc esse summam operis: vt  
 in vtrīsq̄ hierarchicas purgatiōes: illuminatiōes  
 & cōsummationes excutiat. Etabunde satissactū  
 qđ in quibusdā inuenerit: quo post cœlestem hie-  
 rarchiā: posset & ecclesiasticā statuere. Itaq̄ nihil  
 opus erat: vt cætera recenseret: quū de pœnitentia  
 nihil disputet: quā si vna cū matrimonio exautho-  
 rabis: quidni alia nobis in eorum locum suffi-  
 cias. Augustinus (inquis) negat magnum esse sa-  
 cramentum: in viro & vxore: verum est: & quis re-  
 pugnat? Sed non negat Augustinus: quin sacra-  
 mentum hoc in viro & vxore: sit magnū in Chri-  
 sto & ecclesia. Nam coniunctionem Christi & ec-  
 lesię non (opinor) dīcis sacramentum: quum ea  
 prorsus nihil significet: sed p̄signata sit hoc sa-  
 cramento coniunctionis viri & mulieris. Quod

nec plenum sacramētum est coniunctionis Christi & ecclesie: nisi accidente copula carnali. Ita tamen: ut & hęc coniunctio citra copulam: magnū sit sacramentum in Christo & ecclesia.

**Q**uod postremo loco dicis. (Cyprianus facit tetur minora sacramenta nona Christo: sed a patribus instituta). Nescio quo tendit hic sermo: quum nihil sit disputatum: an sacramenta omnia a Christo sint instituta. Nec quicq; obest annotationi mee: quum matrimonium sacramentum esse possit: etiam si non sit a Christo institutum. Sed quod matrimonium videris pone: re inter minora sacramenta: si ad rem que hoc sacramēto significatur respicias: indica mihi quod omnium sacramentorum sit maius? quanq; alijs rationibus: alia possunt esse maiora: vt dicunt theologi. Etiam si maiora sunt que instituebantur Christo: & alterum necesse sit (quod non affirmo): ut omnia sacramenta: vel a Christo: vel a patribus instituta sint: matrimonium de maioribus erit: que a Christo instituebantur: quum a patribus institutum fuisse matrimonium: nusq; legas. Communis fert sententia: nec spernenda: ni melior afferri possit: matrimonium fuisse institutum in paradiſo: non solum in officium: sed in sacramentum. Id quod aperte docet Augustinus in libro de nuptijs: & concupiscentia: ad Valerium comitem.

Ad Philippienses. iij.

Annotatio. CLXXXIX.



Sse se equalē deo). Eras. rō Ep̄cī sōt  
id est vte equaliter esset deo. Ed.  
Hieronymus legit (esse se equalē  
deo) commentarijs: & in Abachuc  
tertio. Et in Ionam. ij.

## Ad Colloſſenses.

## Annotatio. CXC.



Rimo genitus omnis creature). Er. Coll. j.

Sensus hic esse potest: qui genitus  
fuit ante omnē creaturam: ne quis  
cum Arrio dei filium faciat creatu-  
ram. Edo. Probe quadrathic sen-  
sus: sed nihil cōtra Arriū. Arrius enī vtrūq; dicit  
alterum sensu: alterū expresse. Nam fatetur Chri-  
stum genitum ante omnem creaturam: quanq;  
non secum satis constet: vt patet apud Augu-  
stinum in sermone arrianorum. Et tantundem  
manet periculi: ex eo quod sequitur ( primoge-  
nitus ex mortuis) ne filius dei dicatur mortuus.  
Quod si iuxta communicationem ideomatum:  
filium dei affirmabis mortuum: quid prohibet:  
quo minus eadem regula creaturam dicas? Ar-  
rius tam impius erat in dei filium: vt puram  
creaturam faceret: & diuinitatem illi prorsus  
adimeret: minorem faciens patre: quum deus es-  
se non possit: qui non idem equalis: & consub-  
stantialis sit patri: Arrius tamen & deum volebat  
esse & minorē patre: que inuicem non constant.  
Nam quū deum dicit esse Christū minorē patre:

sensu implicat creaturam esse. Hanc impietatem  
& blasphemiam in filium dei: adeo execrati sunt  
sancti: pr̄esertim quibus cum Arrianis conflictus  
erat: ut tutum non putarint apud Arrianos: & in-  
firmos in fide: filium dei fateri creaturam. Quāq;  
alia erat ratio apud eos: qui fortes in fide: & erudi-  
ti: solido cibo vescerent. Sic Augustin⁹ pia quadā  
vafricie contra Arrium declinat ad sabellium: &  
contra sabellium declinat ad arrium: tam semper  
infestus hereticis: ut ne quidem vocabilis voluerit  
cum eis comunicare. Sic Hieronymus qui aliquo  
ties negat christum esse creaturam: multoties cla-  
mat periculum non esse dicere Christum creaturā  
esse: in commentarijs ad ephesios palam. Et in hie-  
remiam: edisserens illa verba prophetę. (Creauit  
dominus nouum super terram), annotat q̄ conce-  
ptus creatio appellatur. Idem in Esaia illa verba  
enarrans. (Ego dominus creauit eum:) non scan-  
dalizabitur (inquit) ad nomen creaturæ: qui illū  
vermem: ac seruum: ac germinatum legerit esse de  
terra. Sic augustinus Christum dicere creatu-  
ram non abhorruit in sermone domini. Voluit  
(inquit) creatura fieri: qui erat creator. Quāq;  
etiam: si consequentia loci pateretur: cur non ita  
dicatur primogenitus omnis creature: si cut pri-  
mogenitus ex multis fratribus: vt euangelico sen-  
su omnis creatura homo sit. Quippe q̄ Christus  
haeres sit & prior adierit hereditatem: pandens  
iter: vel ita vt dignitatē & p̄eminētiā dicat pri-  
niturę vocabulū: vt hoc significet christū dignio-

re & excellentiore omni creatura: sicut & illud ad dignitatis modū refertur. (Ante me factus est: ) id est maior me est: interpretibus Chrisostomo & Augustino. Et in hunc sensum probe quadrat: quod sequitur: (vt ipse sit primatum habes.) Quicquid sit: nihil assero. Hoc tātū moneo: nō vsque adeo vī tādam carybdim: vt incidamus in scyllam: sed caute interscopulos nauigandum.

## Annotatio.CXCI.

**M**od in illo creatasunt omnia.) Era. Non vi Eodem deo: quid ad rem pertineat: vt ideas platonicas  
huc in medium protrahamus: id qđ facitaquias.  
quandoquidē iuxta sermonis hebræi proprietatem Paulus (in ipso) dixit: pro eo quod est: (per ipsum:) declarat id: qđ mox repetēs hāc sententiā:  
quod hic dixerat (ἐν ἀντῷ: id est in ipso) mutat in  
(διὰ τὸ: id est per ipsum. Ed. Bis hoc loco habent  
(in ipso) codices latini. Alterum: id est quod secundo loco ponitur: (in ipsum) facis ex græco. Alterū quod primo loco est: græcum sic habet: vt codex latinus habet (in ipso.) Quare hic locus satis fuerit aquinati: vt ideas non quidē platonicas: sed exemplares illas sempiternas: in sapientia æterna: huc accersiat. Nec id quidem intempestiue: quēadmodum Augustinus: (quod factū est in ipso vita erat)  
longa disputatione interpretatur. Sed tu dicas (in ipso) dictum pro eo quod est (per ipsum.) Hoc nō probas. Nec satissimū quod affers de proprietate sermonis hebraici: quum non eadem omnibus locis conueniant. Sed nec vulgarius tuus: si Chriso-

stomum imitabitur: hoc in omnibus locis dicet:  
 vt (in ipso) dicatur pro (per ipsum.) Quum Christus  
 solum in Ioannem: omnia haec  
 (ex ipso) (per ipsum) (in ipso:) quae singula: singu-  
 lis personis appropriantur: nihilominus indiciteri  
 minatim: & de filio: & de alijs personis diuinis: in  
 scripturis dici ostendat: vt de filio dicatur: & (in ip-  
 so:) & (per ipsum:) & (ex ipso.) Hoc vero annotat:  
 contra hereticos: qui (per ipsum) diminutionem filij  
 a patre significare putabant: quum & illud (per ip-  
 sum) etiam de patre dici testetur. quod tamen re-  
 pugnare personam patris dicis annotatione (omnia  
 per ipsum) Ioannis. j. Et Hieronymus commen-  
 tarijs in Amos prophetam (omnia per ipsum) ad  
 patrem refert. Id quod proprio capitulo in Ioan-  
 ne annotauit. Habes & in eodem capitulo: (omnia  
 in illo constant:) & in sequenti capitulo de Christo  
 dictum (in quo omnes thesauri &c.) Postea (Ex quo  
 totum corpus &c.) Sed & hoc loco magis conuenit  
 (in ipso) ne idem bis repetatur: quoniam sequatur (per  
 ipsum.) At repetitur: quod quum primum impli-  
 catur: subinde explicatur. Nam si (in ipso) pri-  
 mo loco (per ipsum) significet: quid prohibetur:  
 & primo loco (per ipsum) dici? Quod si dicatur:  
 bis dicitur.

## Annotatio. CXCII.

Eodem **I**Mago dei inuisibilis.) Era. (Inuisibilis) non re-  
 fertur ad imaginem: sed ad deum & opa & lumen: hoc est  
 dei: qui videri non potest: qui tamen quodammodo  
 videatur in imagine. Ed. Vt grece ita sit: nihil

tamen absurdit: si ad imaginem referatur: quæ perinde inuisibilis est: atq; is cuius est imago: quū sit cædor lucis eternæ: quē nemo videt & viuit. Hoc vidit Chrysostomus: q;differens hūc locum. (Qui videt me: videt & patrem.) Neq; ego (inquit Chrysostomus: verbis Christi:) neq; pater: videri possimus. Nec opus erat addi (quodammodo) si quidē imago videri possit: Nam in imagine visa: expressissime videretur: quū imago sit expressissima: quē plenissime referat patrem: cuius est imago. Quæ & character appellatur substantiæ patris: quod similitudinis omnimodæ præbeat indicium.

## Annotatio. CXCIII.

**I**n ipso complacuit.) Er. (εὐδόκησερ.) Id si refe- Eodem ratur ad patrem: cuius volūtas: ac decretum fuet: commodior erit interpretatio: q; si ad filium. Proinde nos (patri) addidimus de nostro. Edou. Qui ad filium per se referat: credo neminem prorsus esse interpretum. Ad trinitatem omnes quos ego viderim: referunt: & commune trinitatis decretum: in his quæ verbum spectant incarnatum: indicant. Eaq; ratione Arrio ansam hanc auferūt ne filium minorem patre putet. Quare mihi bene videtur habere: vt absolute stet. Et miror te ausum esse quicq; addere: quū hoc non sit interpretis officiū: sed paraphrastæ: explicare quid tibi videatur: quū locus cōmuni sit: & ad alios sensus: etiā qui magis quadrent. Satius igitur fuerit delere tuum (patri) q; de tuo tātū capite addere. Nā & si sensus sit catholicus quem facis: non tamen cōmittēdū

ut quicq; addas : quū hoc sit authoritatis plusq;  
apostolicæ. Q̄q; repério Hieronymum sic fecisse:  
sed vbi sensus alioqui ppe nullus erat. Nolim ta-  
men id sibi sumere Erasmus. Nam sic quiuis do-  
ctus addiderit: & nihil stabile erit in sacrī literis.  
Quin periculum est: ne diuersa ferantur exempla-  
ria: & schisma fiat: suum quoq; tuente exemplar;  
ut pertinacia sunt plerūq; hominum ingenia.

## Annotatio. CXCHII.

Eodem

**O**MNEM plenitudinem diuinitatis.) Er. (diu-  
nitatis) apud græcos non lego: nec additur  
apud Ambrosium. Et haud scio: an apud vllū om-  
nino sit interpretum. Proinde miror vnde vox ea  
in quædam exemplaria latínorum irrepserit. Ed.  
Vide Erasme: quomodo te pcutis gladio tuo. Mi-  
raris (diuinitatis) additum: quum nō sit in græco:  
nec apud vllum interpretem. Et posteri: quū tuū  
(patri) videbunt: quod neq; græcum habet: nec vll-  
ius interpretatur: mirabuntur abs te additum.

## Ad Timotheum.

## Annotatio. CXCV.

Prioris  
ad Ti-  
mothe-  
um. j.



Ecundum imperium.) Er. (κατέπε-  
ταγὴ.) Aptius hic erat (iuxta iniun-  
ctionem siue delegationem.) Edo.  
Interpres Chrisostomi (secundum  
imperium) reddit: & ipse Chrisosto-  
mus sic interpretatur.

## Annotatio. CXCVI.

Eodem

**G**RATIA & misericordia.) Er. Græci non addit  
cōiunctieōs: hoc loco; sed (gratia misericor-

dia pax). Edo. Chrysostomus legit(misericordia & pax).

## Annotatio. CXCVII.

**C**hristo Iesu domino nostro). Eraf. Gr̄ecanī Eodem ci. codices iterant domini cognomen(a domino Iesu Christo: qui est dominus noster). Edo. Chrysostomus nobiscum legit: & nihil addit hoc loco.

## Annotatio. CXCVIII.

**I**n vaniloquium). Eraf. Nobis cauendum est Eodem ne sic sectemur theologiam: ut in mat̄eologiam incidamus: de friuolis/nugis:sine fine dīgladiates. Ea potius tractemus: quę nos transforment in Christum: & cōcēlo dignos reddant. Quorsum enim attinet decertare: quot modis accipiatur peccatum: priuatio dum taxat sit: an macula in heres animę? Edo. Et ego verius puto hoc ad mat̄eologiam q̄ ad theologiam pertinere: vt dānes hoc genū exercitandi: dū per etatē licet: qđ magno consensu multi sancti probarunt: nemo damnauit: nisi qui quale esset ignorauit. Et nugę tales sunt: vt pr̄e harum inscitia sint qui fœde labantur. Et Augustinus quantum in hoc genere versatus sit. cū decoro tamen: sciunt qui opera ei⁹ legūt: maxime qđ cōtra hereticos sic opus foret: qui decretis philosophię: & argutijs inniteban̄. Qui primū malū posuerūt: nunq̄ derant aliqua ingeniosa disputatione cōstringendī? Sed tu balbutiē hāc horres. Ego malo cū istis balbutire: q̄ cū eloquētie cāditatis turpiter errare. Bñ hortaris: hoc poti⁹ agāt theologi: vt oēs horreāt oderintq̄ peccatū. Sunt

.I.AD

in uno corpe multa membra: quoniam singulis sua sint officia: nec tamen ullum corpori est inutile: quod suo tantum officio fungatur. Sunt qui hortantur populum: sunt qui exercent se in disputationibus veluti in palestrico certamine: quo postea patiuntur reddere rationem omni poscenti de fide: etiam heretico Neque cuiusvis etatis est docere in suggesto populi. Habet singula munera suos annos. Anno. CXCIX.

Eodem **S**oli deo Er. καὶ οὐφῶντες τεῖχος Cæterū quoniam (συνθέτω) nec apud Hieron. nec apud Amb. nec apud ullum pretereat responso: non nihil additum suspicor: aduersarianos: quod solum patrem vere deum esse volebat. Si quod de etiam hereticis non nihil immutabat in literis sacris: quo suum tuerentur errorem: ita cōpertum locis aliquot addita quedam ab orthodoxis ad excludendos: aut refellendos hereticorum errores: ut in locis aliquot indicauimus. Edo. Quid opus erat hoc loco addi: quoniam in epistola ad Romanos. c. xvij. ascribatur (solis sapienti deo). Etiam ex aliis huius loci verbis: taxat arrianos Chrysostomus. Origenes vero ad patrem refert. Quin obesset potius veritatem catholice: quam procinare: nisi sit ipsum verbulum. Qui enim non essent patinatores Arrianus: si dephederet veritatem catholicam: per se ipotestem: cōmeticijs copijs egere? Quid non oblatraret: per spicientes id merum additum metum esse: quod contra se: ceu certum oraculum proponeret? Non eget humanis cōmetis: sacra veritas. Hec non viae etoria esse: sed i postura: Augustinus ma uult priscilianiistas insanis erroribus adhuc mergi: quam vnde leuiculomedaciolo liberari. Quid (iqt) medacio medacia psequebris? An latrociniu latrocinia: sacrilegio sacrilegia: adulterio adulteria: sunt psequenda &c. Teme

rari<sup>9</sup> pphanator ē nihilomin<sup>9</sup>: q addit: q q suppri-  
 mit: vterq falsari<sup>9</sup>: vterq de spū male merit<sup>9</sup>: quē  
 putat suo īgēo egere: alioq p se ībecillū. Vt fœlix  
 est q ex spū bñ elucidat: ita īpi<sup>9</sup> p̄s; si ex spū suo  
 vel vnū iota addat. Tales notauit apostol<sup>9</sup>. Sí qs  
 euangelizauerit pterq qđ euāgelizauim<sup>9</sup>: anathe-  
 masit. Tales Ioānes ī reuelatiōe. Qui apposue-  
 rit ad hēc: appōet eī de<sup>9</sup> plagas. Facit ergo sibi p̄-  
 culū: facit & ecclē. hic nou<sup>9</sup> verboḡ cōpaginato<sup>r</sup>:  
 sed & facit īp̄is hēreticis: quos dū liberare se putat  
 pfūdi<sup>9</sup> mergit. R. Er. Loc<sup>9</sup> ī ep̄la ad R. o. multo su- Respō-  
 spectiore est q hīc. qnqdē ī multis librīs nō habe- sio Eras  
 t: & ī qb<sup>9</sup> habet: habet diuersis locis. Et in fī. c. xiij mi-  
 (nifallor) nō cohēret: neq cū his q pcedūt: neq cū  
 his q sequunt<sup>9</sup>: atq ī fine ep̄le: non multo magis.  
 Vtinā nihil effet additū: aut adēptū: vsq ī līterīs  
 sacrīs: sed id eē factū negari nō potest. Indicat īp̄a  
 libro<sup>9</sup> varietas: etiā fatentib<sup>9</sup> orthodoxis: vt noli  
 te irasci: Hieronim<sup>9</sup> fate<sup>9</sup> additū (sine causa). Et cū  
 Hereticis disputās sēp<sup>9</sup> hoc audit: & aliquoties n̄  
 repugnat. Vtinā Augus. sic potuisse oē mēdaciū  
 ab ecclia excludere: vt fortit oppugnat disputatio-  
 ne. Certe pl<sup>9</sup> satī admīssū ē. Et tñ ob scādalū īfir-  
 mo<sup>9</sup> iā aīhac mutauerā locū. Ed. Qui poti<sup>9</sup> suspe Confu-  
 ctū sittib<sup>9</sup> liber ī quo hīc loc<sup>9</sup> n̄ hētū. Q n̄ ab origie tatio-  
 discis: iputādū hoc marciōi hēretico: qđ i qbūsdā  
 librīs nō īueniāt. Nā is ab haceplā abstulit nō so-  
 lū hoc: sed & ab eo loco vbī scriptū est (oē qđ nō est  
 ex fide &c.) vsq ad finem: cuncta dissēcuit. Et q  
 apte cohēreat ī fine ep̄stole docet te Orige-  
 nes: qui & totum hunc locum interpretatur. Et

# .I. AD

quod dicitur (soli sapienti deo) hoc refert ad patrem  
ita ut nihil faciat contra Arrianos: sed propter eis potius  
ut ipsi putantur: Nam hoc uno loco nihil habet frequenter  
tius in ore: quo tueantur impietatem suam. Inde vide  
tur sibi elicere: solus patrem esse perfectum deum: id quod videtur  
dere licet in disputacione Augustini contra maximum  
nihil arrianum. Nullus est locus quo magis gloriantur:  
& propter evidenter sibi triumphare. Quare si quidem addi-  
tum sit: pro eis potius additum est: quam contra eos. Sed  
additum non esse: quin potius ademptum ab hereticis  
monet Origenes. Sed & grecus codex in fine epistole Iudei  
stole Iudei (soli sapienti deo) habet. An quicquam sit  
additum: nihil disperito in presentia. sed hoc tantum mon-  
eo: quanto cum piculo additum: si quid additur. Nam  
hanc causam habent contra nos heretici: si quid contro-  
tro eos proferimus: hoc additum est: non est germanum.  
De ecclesia quod dicas additum: verum quidem est: sed vestris grecis: non nostris latini. Sed  
& alia grecis codicibus alibi addita: alibi adempta: nihil dubito. Hoc indicat tam varia lectio apud  
ipatos grecos. Optas ut Augustinus sic potuisse et oemendaciū ab ecclesia excludere: ut fortiter oppugnat disputacione. Non enim hoc a Augustini: sed dei: nec  
istorum temporum: sed illius in quo traditur est Christus regnum deo & patri. Nam donec hic vivitur: mixta  
erit zizania cum tritico. Sed hoc debemus Augustino: quod tam strenue officio suo functus est. Per eum multis  
probabiliter labefactatum est regnum mendacij. Et tamen (iisque)  
ob scandalum infirmorum iam haec mutauerat locum. Si  
licet infirmos putas oes: quod hoc loco offenderet. Ex-

pēde an infirmē sint rōnes quibus te vrgēt: vt hūc locum mutes: & tum demum si sic videatur: infirmos indica: & locum hūc stare iube. Quin potius dic: ne quod offendiculum detur euangelio Christi: muto hunc locum: & nihil decerno addendum aut adimendū sacrī literīs: infirmus alioqui ipse: nī hoc dicas: & ex animo sentias.

## Annotatio. CC.

**S**olideo.) Era. μορφαν φερει: id est soli sapiēti Eodem deo. vt (soli sapiēti) coniūgas: & (deo) referatur ad omnia. Ad hunc quidem modum legit Christostomus: & hunc secutus vulgarius. Edo. Christostomus in commentarijs: (sapienti) non legit: nec interpretatur: cum cetera longo sermone dissertet Et Christostomus (soli deo) coniungit: & soli regi saeculorum: & soli immortali: omnia hæc referens ad patrem: sicut & superius annotauī Origenem commentarijs in epistolam ad Romanos: referre ad patrem.

## Annotatio. CCI.

**D**octorem.) Er. Hieronymus reprehendit j. Ti. iiij vulgatam aëditionem: quæ habet (docilem:) & vertit (qui docere possit.) Edo. Nullum exemplariorum: quæ ego vidi: habet (docilem.)

## Annotatio. CCII.

**M**ulieres similiter pudicas.) Era. Ipse sermo: Eodem nis tenor: palam declarat: eum loqui: de vxo ribus episcoporum: ac diaconorum: rectius vertit: se vxores: q̄ mulieres: quandoquidem græcis est. Υπαίκασ. Ed. Vocabulum græcum commune est ad vtrumq: & ad mulieres: & ad uxores: & Christo

.I. AD

stomus mulieres interpretatur ministerij dignitate præditas. Ascribā ipsa Chrysostomi verba. Ple  
riq; volunt A postolum hoc simpliciter de mulier  
præcepisse. sed ita nō est: Quid enim haberet con  
sequētiæ: inter ea quæ de episcopis ac diaconis me  
minit: ullam mulierum facere mentionem. Sed de  
his profecto ait: quæ ministerij dignitate sunt pre  
ditæ. Hæc Chrysostom⁹. Sic vides Chrysostomū  
alia ratione dissoluuisse nodū: de consequentia ser  
monis: ut nihil sit opus(vxores)interpretari.

Annotation. CCIII.

Eodem **M**agnum est pietatis sacramentum: quod ma  
nifestatum est in carne.) Era. Ceterum mea  
quidem sententia simplicissima fuerit interpreta  
tio: si quis mysterium intelligat: prædicationem  
euangelij. Edo. Hæc interpretatio: q; male qua  
dret huic loco: mihi videtur facile intellecturus: q;  
locum ipsum expendet. Nam qnid est quod dicis  
euangelium manifestū in carne: iustificatum in  
spiritu: apparuisse angelis: assumptum in gloria.  
Id quo pacto alio detorqueri potest: nisi ad sacra  
mentū verbī incarnati? Nam prædicationē euāge  
lij: sacramētū nescio cur appelles. Præsignata erat  
multis modis prædicatio euangelij: non ipsa præ  
dicatio sacramentum est. Euangelium in mysterio  
absconditum erat: sed nunc reuelatum: non carne:  
sed spiritu. Nihil diffidet sensu nostra æditio: cū  
interpretatione ex græco tuo. Et quod dicis id of  
fendere Laurentium: q; mysterium dicatur assum  
ptum in gloria: non ab re offenditur: si non intel

ligat: sed offenderetur magis interpretatione tua: si prædicationem euangelij audiret assumptam in gloriam: vnde profecta fuerat. At miraris cur non magis offenderit Laurētum: quod deus dicatur iustificatus. Nihil est quod offendatur: quum ex scriptura habeat: quid sibi respōdeat: alibī scilicet scriptum: iustificata est sapientia a filijs suis: vel etiam quia legit non est inuentus dolus in ore eius. Hoc pacto liberat se ab hoc scrupulo Chrysostomus: quod hanc lectionem sequitur.

## Annotatio. CCIII.

**I**N charitate.) Er. In dilectione; in spiritu; in fide. Tim. de; in puritate. Ed. Chrysostomus (in spiritu) iiii. nec legit: nec interpretatur: sed nobiscum legit (in charitate; in fide; in castitate.)

## Annotatio. CCV.

**I**N laqueum diaboli.) Era. Diaboli non est in fide. Tim. græco. Edo. Chrysostomus in commentarijs legit.

## Annotatio. CCVI.

**C**RATIA & misericordia.) Era. In græcis codi iij. Ti. j. cibus: absunt coniunctiones: (gratia misericordia pax.) Edou. Chrysostomus legit (misericordia & pax.)

## Annotatio. CCVII.

**T**EMPORA SÆCULARIA. Era. A Eterna. Ed. Chri. Eodem Chrysostomus legit & interpretatur (secularia:) & magis videtur quadrare meo iudicio.

## Annotatio. CCVIII.

**I**N quo.) Era. (In quod) nempe euāgeliū. Ed. Eodem Chrysostomus legit (in quo.)

## Annotatio. CCIX.

iij. Ti. ij **P**rophana autem & inaniloquia deuita.) Era.  
Dictu mirum: quo spiritu presenserit Paulus  
& q̄ graphicē depinxerit: inextricabiles theologis  
starum quæstiones. Ed. Sed idetiam fuerat anno  
tandū: q̄ prophana iusserit deuitare: itaq̄ monue-  
rit illotis pedibus in sacrarūm non esse irrumpen-  
dū: nec sic tractandas sacras literas: vt fabulas poe-  
tarum: opus esse. Illi summa vītē sanctimonia: sum-  
ma pietate: ac modestia: qui sacra adeat: multo ma-  
gis qui adīta penetret: nō esse cuiusvis aperire my-  
steria: sed tantum transformati in deum spiritus.

## Annotatio. CCX.

Eodem **N**e forte det.) Er. Ne quādo det. Ed. Chri-  
stostomus (ne forte) legit: & interpretat: his  
verbis. Ne forte deteis deus: resipiscere a laqueo  
diaboli. Ac si dicatur: fortassis sequetur aliqua  
emendatio: (fortassis) autem in rebus dubijs ponii  
tur &c. Hæc Chrisostomus.

## Ad Hebræos.

## Annotatio. CCXI.

**H**eb. j. **R**af. Flamma ignis: πυρός φλόγα. id  
est ignis flamma. Ed. Nescio quid  
hic annotas: nisi forte hoc annota-  
tum velis: quis sit ordo verborum  
in græcis.

## Annotatio. CCXII.

**H**ebre. **Q**Via non potuerunt.) Era. Hoc loco verba  
iii. quæ adduntur (in requiem ipsius) non inue-  
nio in græcis exemplaribus. Edou. Nec in codi-  
cibus meis latinis.

## Annotatio.CCXIII.

**A**d expletione spei). Eras. Certissimè spei fī He.vj.  
ducia nascitur ex pijs operibus: potius q̄ ex  
syllogismis. Edo. Quín & hoc scias: ex operib⁹  
ceu p̄cipijs: syllogismū fieri ad spem: vt presum-  
ptio sit bene sperare: si male feceris.

## Annotatio.CCXIII.

**D**e alia tribu). Er. φυλῆστέρας μετέοχος εμ̄ id est He.vj.  
alteri⁹ gētis pticeps fuit. Ed. φυλῆ etiā si gē-  
tē significat: vocabulū tñ anceps est: quū & tribū  
possit significare: vt dicit Suīdas: & hēc interpre-  
tatio prorsus impia est: vt dicatur: de alia gente  
fuisse: palam refragante scriptura. Etiā q̄ si hoc  
loco (tribu) sequens in eodem capite sermo de-  
clarat. (Manifestum est enim q̄ ex Iuda ortus sit  
dominus noster: de qua tribu nihil de sacerdotib⁹  
Moyses locutus est). Ibi pro tribu grēce φυλῆς quē  
admodum & ipse eo loco interpretaris

## Annotatio.CCXV.

**S**ermo autem iurisiurandi qui post legem). Er. Eodem  
slegi potest: & (supra legē.) Nam pr̄positio an-  
ceps est: q̄ si legis (post legem) intellige legem  
conditam: nempe in psalmis. Edo. Ego verius  
puto per sermonem iurisiurandi intelligi euange-  
lium. quod legi successit. Nam quod Dauid  
dicit iurasse dominū: non est ad id temporis re-  
ferendum: quo ista dicebat: sed ēternū fuisse iu-  
ramentum: ac se boni nuntij vatem factum: poste-  
ris indicabat. Itaq̄ mea sententia iuslurandum  
legem pr̄cesserat: sed in lege nuntiabatur per os

AD

p̄phetē: post legē vero cōplebat: vt sermo iuris iuris  
rādi dīcāt: iuxta p̄prietatē liguę hebreę: q̄ sermōis  
nomine vt ī p̄pō factō: vt s̄epe est legere ī biblia  
hebraica. Sic bñ oia coh̄rebūt (lex cōstituit hoies  
sacerdotes iſfirmitatē habētes) sermo aut̄ iuris iuris  
dī: qui post legē est: filiū ieternū p̄fectū. Iesus enī  
sacerdos noui testamēti: eo qđ manet ieternū: sem  
piternū habetsacerdotiū.

Annotatio. CCXVI.

He. viij **S**i enī p̄mū culpa vacasset.) Er. idest fuisset irre  
sp̄hēsibile de quo q̄ri non possis: vel in quo nihil  
posset desyderari. Edo. Cryſost. interptat̄ culpa  
vacasset: idest iculpabiles fecisset. Nō illud (inqt)  
culpat: sed illos &c.

Annotatio. CCXVII.

He. ix. **E**t sanctū ſeculare). Er. sanctum mūdanū: ſue  
sanctimoniā mundanā. Ed. At Chrys. decla-  
rat verbū ſeculare. ſeculare (inquit) quonā oibus  
licebat intrare. Et manifest⁹ erat ille loc⁹ in taber-  
naculo: vbi ſacerdotes ſtabāt: vbi iudēi: vbi pſely-  
ti: & gētiles: & nazarei. Quū ergo & gētib⁹ accelli-  
bile erat: ſeculare appellabat. Nō ei iudēi tot⁹ mū-  
dus. hēc Chryſof. Annotatio. CCXVIII.

Eodem **S**ine ſanguinis effuſiōe.) Er. Et hic loc⁹ nō nihil  
ſapit origenicū: ſi legas q̄ ſequunt̄. Ed. Forte in  
niis de eo qđ ſequit̄: (neceſſe ē ergo exēplaria qđ  
cōleſtiū hiſ mūdarī: iſpa aut̄ cōleſtia: meliorib⁹ ho-  
ſtis: q̄ iſtis) Hēc verba nihil habēt Origenicū: niſi  
forte putas: quū de cōleſtib⁹ loquiſt̄ mūdandis: ad  
demones poſſe referri ſaluandos: quum palam ſit

hoc loco loqui de carnali lege: quā vocat exēplar: q  
& carnalib⁹ ceremonijs: & expiationib⁹ vtebat̄: de  
lege etiā spirituali nouę gratię: quā appellat cœleſtē: q  
docet q nō viden̄: cœlestia: & eterna: cui⁹ ſe-  
ctatores cœlestia appellat. Neq; alio detorq̄ri pōt  
niſi quis ex professo velit eſſe originista.

## Annotatio. CCXIX.

**N**Am & vinclis.) Er. Vinculis grēce). Edo. He.x.  
Chrysostomus(vinclis)interpretatur.

## Annotatio. CCXX.

**F**ides est sperādaꝝ rerū substantia &c.) Er. Hie He.xj.  
qdā ridicule nugan̄ circa hāc definitionē: vt  
ip̄ivocāt: quū nō finitio sit: sed encomiū fidei. Ed.  
Augusti. definitionē appellat. Sic & Hieronym⁹  
cōmētarijs in.v.c.ad Ga. Et cur nō sit definitio: q  
totā rōnē cōplecti: iuxta placitū Aris. in topicis.  
R. Er. Nō nego ſimpliciter eſſe finitionē: sed ad Rñſio  
leges dialecticas nolo exigī: vb̄ nō hoc agit vt defi Erasmi  
niat: sed laudet. Edo. Dicis quosdā ridicule nugae Confu  
tiū circa hanc definitionē: quā vocāt (addis) quū nō tatio.  
ſit finitio: sed encomiū fidei. His verbis quid aper  
tiū: Sed nō vis exigī ad leges dialecticas. Et quis  
tam curiosus eſt: vt hīc venetur genus: & differen-  
tiā. Encomiū appellas. At ego credo hoc cogitas-  
ſe Paulum non potuisse ſe aptius ingredi ad laudē  
fidei: q afinitione. Nam ſic cōmodi laudas: ſi pri  
mū finias qdſis laudatur⁹. Anno. CCXXI.  
**S**Ara ſterilis.) Eras. ſterilis non inuenio in grē  
cis. Edo. Chrysostomus legit: & interpretatur. Eodem

## Annotatio. CCXXII.

Eodem **P**lacere deo). Eras. Deo non additur apud græcos hoc loco. Edo. Chrysostomus legit in hoc loco. **A**nnotatio. CCXXIII.

Eodem **A**cceperunt mulieres de resurrectione mortuorum tuos suos). Eras. Mirum hic quantus theologorum tumultus: id agentium: ne vxores virorum semel defunctum cogatur recipere: idque ne peat character ille indelebilis: apud ipsos natus: Quasi vero: quum diceret Paulus: (si dormierit vir eius: soluta est a lege viri) tam anxie senserit: ut liberaret mulierem: si cuius vir reuixisset. **H**ic demum dignus est campus illuminatis theologis. Ed. Liranus dicit quosdam ex hoc loco sumplisse argumentum: quod uxores cogi possint: restitutos viæ maritos denuo recipere: neque morte dissolutum nodum matrimoniale. Cōtra quos: si nec incommode affert Paulum decernentem: morte solui vinculum: & libertate donari superstitem: vt alij nubat. Tu putas non tam anxiū fuisse de his rebus: fortasse quod nolis eum ad tam humiliam demittēti. Primum: an nescis Paulum interdum fuisse angelum in scala descendente: non sp̄ ascēdēte? Quippe qui undequaque erat oculatus: omnia sollicite agebat: omnia p̄spiciebat ne quid extra ordinē fieret: id quod ipse monet. Humilius erat quū de virginibus prēcipiteret elocandis: quum dominis prēfinitas leges erga seruos. Sed hoc etiam quantum videtur abfuisse a sublimitate Pauli: quod de penitula scriberet ad Timotheū. Sed plane tāto erat sublimior: quanto erat in omnibus circūspectior.

Nam omnia cum magna ratione moderabatur: & eo omnia tendebant: ne quod daretur offendiculum euāgelio Christi. Deinde: si hūc sensum spernis: quem non lyranus solum: sed magno consensu nemo non interpretatur: commodiorem affer: & nocte in uicem scite circumstantiam sermonis: vt omnia quadrent: postea damnaueris hāc interpretationem. Sed quæso te quid responderes: si quis maritus te cōsuleret: resuscitata vxore: quid sibi faciundū: cogi ne possit: vt eam recipiat. Credo nō affirmabis cogi posse. Si negabis cogi posse: vnde profers testimonium ad hanc rem? Difficile inuenies: ni hoc sit: quod omnes in hunc sensum interpretantur. Forte ridebis hūc casum tibi proponit: nec ego serio proponerē: nisi auditū esset: aliquoties hoc contigisse. De muliere resuscitata: ipse in Anglia sēpe audīui. Hieronymus mulierem viri morte solutam: & liberum esse: vt alij nubat: palā indicat in epistola ad Amandum. Et quod dicis: (quasi vero tam anxie senserit.) Nū satis est sensisse: At sensisse: locus ipse monstrat. Quid his verbis apertius: Mulier alligata est legi: quanto tempore viuit vir eius. Si autem dormierit vir eius: liberata est. Cui vult nubat: tantum in domino. Vides sententiam Pauli: liberata est (inquit.) Si liberata est: nō potest denuo cogi: vt redeat ad eum virum: etiā si resuscitetur: a quo liberata est. Quod sequitur idem confirmat: Cui vult nubat. Si liberum est cui vult nubere: nullo iam priore nodo cōstringitur: nisi pateris: vt duos simul possit habere

## AD

maritos. Nam hoc absurdum sequetur: si cogi possit: ut priorem resuscitatum denuo recipiat. Quippe cum posteriori viro: nodus dissoluimus nequeat citra mortem: dicente paulo. Mulier alligata est legi: quanto tempore vivit vir eius. At hic posterior: vir eius est: approbante eodem Paulo. Expede in quem labyrinthum incidimus: nisi iterpretemur. Sed quod addis: ceu explicans: cur theologi affirmant mulierem non posse cogi: ut maritum resuscitatum denuo recipiat (idque ne pereat character ille indelebilis: apud ipsos natus) apud quem theologorum hanc causam legis: quae nihil prorsus quadrat huic loco? Quis theologorum tam allucinatur: tam ineptiret: ut hanc causam afferret: non propositum: sed oppositum magis inferentem: quod neutrum commode. Nam si in matrimonio character sit: qui est indelebilis: minus incommode inferri potest: cogi posse mulierem: ut virum denuo resuscitatum recipiat. Quippe baptizatus: si resuscitur: cogi potest: ut fidem christianam teneat. Sacerdos etiam resuscitatus sacerdos est: & cogi potest ut sacerdotij legibus pareat. Nam haec sacramenta baptismus & ordo imprimit characterem. At in matrimonio non imprimit characterem. Illecebit discere a contemptis tam saepe theologis: hic tecum calumniare agere possunt: quum hoc illis obijcias: quod tota via cum eorum pugna decretis Nam hi affirmant: in tribus tantum illis sacramentis imprimit characterem: quae non denuo iterant.

Annotatio. CCXXIII.

Notas epistolam ad Hebræos in uno: & altero  
loco: sapere origenicum: & quædam in ea esse  
quæ illius decretis patrocinentur de saluandis de-  
monibus. sed etiam quodam loco manifeste adi-  
mere spem lapsis: quum tamen nihil diffitearis ab  
ecclesia receptam. Quæ male coherent: ab ecclesia  
esse receptam: & tamē sapere Origenicum: hoc est  
ut innuis: hæreticum. Hieronymus tam oculatus  
artifex: nihil tale affert: quo minus: tam sero: ab ec-  
clesia latina fuerit recepta. Nec veritus est illinc:  
anteq; ab ecclesia reciperetur: quædam loca citare.  
Sed & cuiuscunq; sit: eam amplectiſ. Quin & plu-  
rimum miror: te ceu dignam prædicare: quæ ab om-  
nibus legatur: si Origenicum sapiat. R. Eraf. In Rñſio  
epistola ad Hebræos (sapit) dixi: quantum attinet Erasmi  
ad speciem sermonis: vnde sumpta est occasio. Ed.  
Bis reperio te hoc dixisse: altero loco sic: (veg; hoc  
non nihil sapit Origenis dogma: sicut & alias ha-  
bet quædam quæ & illius decretis patrocinetur de  
saluādis dēmonib<sup>9</sup>.) Altero vero sic: (At hoc etiā  
nō nihil sapit Origenicum: si legas quæ sequunt<sup>r</sup>.)  
An hęc verba ad speciem sermonis detorqri possint:  
viderint alij. At ego credo Paulū abstinuisse a spe-  
cie falsi: sicuti & a specie mali: si q̄s sane intelligat.  
Sūt & alia multa i sacris literis: q̄ hæretici ad suos  
sensus detorquēt: adulterates verbū dei: id sedulo  
agētes: vt spēm id habeat dogmatis sui: qđ nullam  
prosūs habet. Sic Arri<sup>9</sup> putabat (p̄ maior me est)  
& (soli sapienti deo) speciē p̄ferre dogmatis sui: sed  
ne spēm qđē hēt. Sed reliquū adhuc ē: vt excuses.

Confu-  
tatio.

AD

quod dixisti. (Hic locus manifeste adimit spem lapsis.) Si manifeste adimit spem lapsis: plane aduet farius est ecclesiastico dogmati. Et mirum est ecclesiae receptum. quod & est ecclesiae damnatum. Ad abolendam hac epistolam: nihil dixeris potestius: & ecclesiam malii iudicij percutis: quem tam diu palsa est: ut sacra haberetur.

Ad Títum.

Annotatio.CCXXV.

Títū. j.



Nte tēpora sēcularia.) Era. (aeterna) sic Hieronymus. Edo. Chrisostomus sēcularia hīc legit: & praecedentiē epistola interpretatur.

Annotatio.CCXXVI.

Eodem **S**ecundum imperium.) Era. Delegatiōnem. Edo. Chrisostomus imperium interpretatur,

Annotatio.CCXXVII.

Eodem **G**Ratia & pax.) Er. Gratia misericordia pax. Edo. Chrisostomus & Hieronymus in commentarijs legunt gratia & pax.

Annotatio.CCXXVIII.

Eodem **R**Eliqui te Cretę.) Er. In Creta. At interpres Rab insulæ vocabulo: sustulit græcam præpositionem: quod prorsus est intollerabile. Ed. Hieronymus legit in commentarijs (Reliqui te Cretę.)

Annotatio.CCXXIX.

Eodem **P**Er ciuitates.) Era. (In ciuitate) siue (per ciuitatem.) Ed. Chrisostomus legit: (per ciuitates) pluraliter. Neque enim (inquit) volebat totā insula vni epo cōmitti. Idē: Hieronym⁹ in commentarijs,

## Annotatio. CCXXX.

**S**Vbditos esse.) Edo. Postq̄ docuisti hūc locū Tit. ii. bifariā legi: citata lectione grēca: subdīs. Atq̄ ita quidem habent grēci codices huius tempestatis. At mirum nusq̄ antea hoc addidisse te: quum reuera cōsentaneum sit; alia nunc esse exemplaria: q̄ habebantur superioribus sēculis: q̄ multa in his non congruant lectioni veterum. Proinde mīror tam impense fidem ijs adhiberi: vt secundū ea emē dentur codices latini.

## Annotatio. CCXXXI

**S**Aluatoris & salutaris). Er. Grēca secus habet Eodem (Gratia deis salutaris: vel salutifera:) etiā si Hie ronym⁹: & Ambro. aliter legat. Edo. Ethic loc⁹ oñdit mutatam veterum lectionem: & nostros libros emēdatiores esse q̄ grēcos: saltem hoc loco: q̄ cōsensu duorum sumatū defendūt. Addo & Chry. qui nobiscū legit.

## Annotatio. CCXXXII.

**E**T hūanitas.) Er. Paul⁹ hic loquit de p̄re Iesu Tit. iiij. Ed. Cur nō potius de tota trinitate. Etsi de p̄loquit: ubi est articulus tuus: quū sine articulo dicatur: grēce sic: τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ.

## Annotatio. CCXXXIII.

**H**Aereticū hominē post vnā & secundā correptiorē deuita.) Er. Ceterū hereticū appellat non qui dissentiat a conclusionib⁹ magistrorum nostrorum: sed factiosū. Edo. Plane quisquis repugnat dogmatibus magistrorum: mō hī p̄be munere suo fungant̄: in his q̄ ad fidē: & mores spectant: is p̄cul dubio heretic⁹ est: si quidē hereticū sit male

## IN EPISTOLAM.

sapere de fide & morib⁹. Qui rogo adhiben⁹ a cō  
 silijs: quū heresis vlla dijudicanda sit: aut explo-  
 denda: nisi tales mḡri: hoc est q̄ sciētiā de fide & de  
 christianis morib⁹ p̄fitent⁹. Nec ab re. Nam si his  
 adīmes hanc authoritatē: vt decernāt ex sacris lite-  
 ris: qd̄ īmp̄ū sit: q̄ due hereticū: q̄ b⁹ tribues: Tri-  
 bues forte pōtificib⁹: hoc quidē est tribuere mḡris  
 quū sine his nihil dogmatizēt pontifices. Ecclia  
 non temere discernit: aut reprobat: sed iudicio.  
 Quoꝝ queso iudicio: nisi mḡforū? Nā si alios a-  
 scisses sacraꝝ litteraꝝ ignaros: quid faciet canis in  
 balneo? Pōtifices authoritate decernūt hi iudicio.  
 Qđ ni p̄cesserit authoritatē: māca plane ea est: ac  
 iutilis. Sed qđ dicis Paulū hereticū appellare qui  
 factiosus sit: hoc nō diceret mḡri: quū & factiosus  
 possit esse qui nō sit heretic⁹. At Chryso. hoc loco  
 hereticū interpretaꝝ: aduersariū veritatis.

Ad Philomenē.

Annotatio. CCXXXIII.



Onari me vobis). Er. Donabor vobis. Edo. Donari me vobis: legunt Hieronymus: & interpres Chrysostomi.

In Ep̄lam Iacobi.

Annotatio. CCXXXV.



Ine operibus). Er. ἐκ τῶν εργῶν σας (ex opib⁹ tuis) qđ si legas (sine opib⁹) quēadmodū interps legit: nō video qui cōstet sensus. Nā fides oñdi nō potest nisi factis. Sētiaut quisquis

Iaco. ij.

is fuit: Iacobus: demonstra mihi fidem tuā: quam habes adiunctis factis: vt vtrumq; habeas: & ego solis factis declarabo mihi nēutrum deesse.  
 Edo. Hic locus græce male habet mea sententia: nec id qđ interpretari ipse ordo sermonis patitur. Scis enim sub psona aduersarij inductum: q diceret (Tu fidē habes: & ego opa: ostēde mihi fidem tuam sine opibus: & ego ostendam ex operibus fidē meam). At qui erat aduersarius: si illi cū apostolo conuenit? Conuenit aut: si iuxta interpretationem tuā: vicissim sibi cuperent: fidem suā demonstrari ex operib⁹ suis. Nihil aliud optat Iacobus nihil aliud monet: nisi vt fides habeat adiūcta opera ex quib⁹ possit demonstrari. Male ergo agit personam aduersarij: qui conuenire se monstrat non aduersari. Nam statim possit illi respondere Jacobus. Nullo alio argumento cupio tibi demōstrare fidem meam: nisi ex operibus: bene mo-  
 nes: sed nihil obijcis contra me: quippe qui id exigam: nihil prorsus aliud. Et mihi tecum conuenit: si quod ego maxime cupio: fidem tuam ex operib⁹ tuis demonstrabis. Sed tu fidē habes sine opibus: qualem habent & demones: qui credunt & contremiscūt. Et quod consequēter sequit⁹: prorsus aduersatur interpretationi tuę: & pro nostra facit. Vis autem scire o homo īanis: quoniā fides sine operibus: ociosa est. Num vides hoc sermone taxatum aduersarium: q impossibilia que-  
 reret: quū fidē optaret sine opib⁹ demōstrari. q.d. Quid tu mihi dicas: ostēde mihi fidē sine operib⁹.

## IN EPISTOLAM.

Impossibile est qđ exigit. Nā fides ociosa est: hū:  
la est: si nō habeat adiuncta opa. Et verum quidē  
est qđ notasti fidem non posse ostendī nisi factis  
& qui exegit vt sine factis sibi ostendere: inscit  
notatus est. Proinde quum videas hunc sermonē  
ab eo propositū: qui aduersarium agebat: qui & ab  
apostolo propterea notaba: qđ inscite quereret:  
non debebas tam pr̄cipitanter mutare hūc locū.  
Vides enim q̄ in eptum sit: qđ dicit apostolus (vis  
autem scire o homo inanis) nisi personā fingas ad  
uersario respondentis. Aliud est hoc loco qđ du  
rius coh̄reat. Ego tamen nihil noto: ne fuscitem  
tumultum in sacrī literis. Nam certum est sen  
sum sanum esse: etiam si lectio non sit sana.

### Annotatio.CCXXXVI.

Iac.iiij. **S**i dominus voluerit.) Er. Gr̄eca sic habet &c  
Sed haud scio an gr̄eca hoc loco sint depr  
uata. Ed. Idem dixisses & s̄epe antea.

### In Epistolā Petri Prōrē.

### Annotatio.CCXXXVII.

Epte  
Petri  
prio.j.



N quem desiderant). Erasmus,  
(εισ α') id est in quæ. nempe ea  
quæ de Christo pr̄enunciata sunt  
per prophetas: ac deinde pr̄dicta  
per apostolos. Nec enim sentit de  
spū pphetae: in quē angelos velle pspicere nihil  
mirū est. Ed. Ethic forte deprauata sunt gr̄ca ex  
emplaria: quū plane melius quadret (in quē): q̄ (in  
que). Nam de Christo loqui: luce clari⁹ est. Qui

euangelizauerūt (inquit) vobis spirītu sancto mis-  
so de cœlo: in quem desiderant angelī prospicere:  
Christū scilicet in quē. Locus nō patitur ut aliud  
sit. Et quod pro (euangelizauerunt) ponis prædi-  
cauerunt euangelium: turbat ordinem sermonis:  
quum periphrasi nihil sit opus. Non hoc permis-  
sisses interpreti. Necq; vero tantopere opus est ca-  
ueas ne ad spiritum referatur: q̄q & de spirītu pos-  
sit intelligi: sed non hoc loco: etiam si ad spirītum  
referat Maximin⁹ Arrianus. Cæterum quod ad-  
dis: nec enim sentit de spirītu prophetarū: in quē  
angelos velle prospicere: nihil mirum: idem possit  
dicere: si ad Christum referatur. Scis Petrum sim-  
pliciter id dicere: & nō pro re mira narrare. Quid  
si non sit mirum: num propterea nō erit verū? Sicut  
multa feceris falsa in sacris literis.

## Annotatio. CCXXXVIII.

**H**onorem impartientes.) Era. Honorem in-  
terpretatur diuus Hieronymus: abstinentia  
acoitu: sic enim honorem haberi vasculo muliebri  
si nō inquietur libidine. Idq; indicat quod sequi-  
tur: (vt non interrumpan̄ orationes vestrę.) Rur-  
sum pudet hoc loco referre: quid interpretetur Ly-  
ranus: & huiusmodi complures interpretes &c.  
Hoc nimirum est doctoraliter: ac scientifice (vt isti  
loquuntur) tractare diuinās literas. Deum immor-  
talem: quem stomachum effunderem in istos: nisi  
me Christianus prohiberet pudor. Sed aliorum  
omissis nugis: nostrum agamus negotium. Edo.  
Hieronymum soles dicere: multa libertate vti in

## IN EPISTOLAM

 te consentītemus piæ doctrinæ: dictati ex patre  
 filiū esse: nō tñ partē eius esse substatię. Hęc Euse-  
 bius. Idē Augustin⁹ i libro devnitate & trinitate.  
 Eiusdē naturę dicim⁹ esse trinitatē. Non aliquā  
 ibi personā: partē cuiuspiā nūcupam⁹ (paulopost)  
 In filijs grę: participatio diuinitatis. In filio natu-  
 re plenitudo. Hęc Augustin⁹. Et nōne idē dicit  
 apostolus Paulus: In quo (inquit) habitat oīs ple-  
 nitudo diuinitatis corporaliter. Ex his liquet aliud  
 esse: & lōge diuersum ὁμόσιον τῷ πατρὶ: id est cōsub-  
 statialē patri: & participē eē diuinę essentię.  
 Annotat. Ixxij. Ixxiiij. Ixxv. Ixxvi. Ixxvij. manēt.  
 Annotatio. LXXVIII. manet. Sed addis vt meā  
 tollas annotationem. Habet & hoc articulus: vt  
 referat rem de qua pri userat sermo: quod ideo ad-  
 iecimus: quia apud Matthæum: vbi Christus vo-  
 cat suos: Lucem mundi: & sal: vt robiq; additur ar-  
 ticulus græcis. Ed. Capite Matthæi quinto n̄.

## Manentia.

hil est quod referat articulus: de quo prius erat sermo. Nam (vos estis lux mundi) sermo in se est plenus: & absolutus: neq; pendens a superioribus: neq; inferiora respiciens. Id quod patet. Nempe antecedit huc sermonem. Qz si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nihil valet ultra: nisi ut mittatur foras: & conculcetur ab hominibus. (Sequitur) Vos estis lux mundi. Deinde: non potest ciuitas abscondi supra montem posita.

**Annotationes. LXXIX. LXXX. LXXXI.  
LXXXIII. manent.**

**Annotatio. LXXXIII. manet.** Sed addit. Sic enim filius hominis dicitur fuisse in cœlo: sicut dominus glorie dicitur crucifixus: ob proprietatum in hypostasi: duas complectentem naturas: communionem. Ed. Ob eandem communionem: lectio ecclesiastica bene habet. Et quia grecum est an ceps non erat hic locus mutandus: quum nihil sit opus. Hieronymus nihil mutat: nisi vbi res graui ter vrget: ut patet in epistola ad Suniam & fretelam: de Αόζαζον. Et plusculum subest periculi ex ea lectione (quierat cœlo) ne versatus in terra: putetur non fuisse in cœlo.

**Annotatōes LXXXV. LXXXVI. XC. manēt**  
**Annotatio. XCIII. manet.** Ethic etiam citat am brosum: q; Christus appellatur principium: per stat tamen in sententia.

**Annotatio. XCV. manet.** Hic addit (Qz q; aliter legit Valla.)

**Annotatio. XCVI. manet.**

Annotatio. XCVII. manet. Probat sententiam  
Chrisostomi: nec tamen cedit.

Annotaciones. XCIX. XCIX. manent.

Annotaciones. CI. CIII. CHIL. CV. CVI.

CVII. CVIII. CIX. CX. CXI. CXII. Cxiiij.

CXV. CXVI. manent.

Annotatio. CXVIII. manet. Hic tamen addit.

At mihi magis probatur: vt dicatur exinanitus:

non quod esset homo: sed qvt seruus: & seruus fla-

gitiosus: flagris afficeretur: & cruce. Subditu ta-

men fateb ut filium: non vt seruum. Ed. V trūqz

hoc videtur mihi tollere apostol ad philippes:

quū dicit. Semetipsum exinanivit: formā serui

accipiēs. In similitudinē hominū fact⁹: & habitu

inuenīt vthomo: humiliavit seipm fact⁹ obediens

vſq ad mortē: mortē autē crucis. Nam q dicit. Se-

metipsum exinanivit: declarat quare exinanivit

semetipsum. In similitudinē (inquit) hominum fa-

ctus: & habitu inuentus: vt homo. Sed q humilia-

vit seipsum: factus obediens vſq ad mortem: mor-

tem autē crucis: hoc certe non tantum vt filius: sed

etiam vt seruus: imo vero magis vt seruus. Nam

qua filius erat: subditus non erat. Et cur non di-

catur exinanitus vt homo: quando qui creator

erat: creatura fieri voluit.

Annotaciones. cxix. cxx. cxxj. manent.

Annotatio. cxxij. De grēcitate apostolorū manet

Multa addit: sed non vult de hac re dīgladiari: con-

tentus cedere melioribus iudicijs.

Annotatio. cxxiiij. manet.

Manentia.

Annotatio. cxxv. manet: sed addit (etiam si mihi  
probabile videat apud grecos ortū hūc scripture er-  
rorē: ex illoq; abbreviaturis. Fortassis enī ex σοφία  
parum attentus: aut lusciosus: etiā fecit σωτηρία  
pro saluatorem Iesum.

Annotationes. cxxviij. cxxviiij. cxxix. manent.  
Annotatio. cxxx. manet: sed vt cūm q; moderatur  
sic. At q; ex hoc sane loco iacobus videtur tamen  
adhuc in ea fuisse sententia: vt existimaret iudeis  
seruandā esse legem mosaicam.

Annotatōes. cxxxij. cxxxij. cxxxiiij. cxxxiiij. cxxxv  
cxxxvij. cxxxviij. cxxxix. cxl. manent.

Annotatio. cxlj. manet. Sed quia modestius hic  
loquitur: posuimus inter eas annotationes: que  
vt cūnq; mitigate sunt.

Anno tationes. cxlij. cxliij. manent.

Annotatio. cxliij. manet: sed addit. Neq; video  
tamen cur Hieronymus dicat: se malle viciū  
sermonis admittere: q; sensum apostoli non inten-  
gre exprimere: si quidem grēcis non est solōcism⁹  
ἀμερτωλός ἀμερτία. Certe iuxta dyalecton atticā.

Annotatio. cxlv. manet.

Annotatio. cxlvj. manet. sed est inter mitigatas.

Annotatio. cxlvij. manet.

Annotatio. cxlviij. manet: sed addubitat quia ori-  
genes non habet.

Annotatiōes. clij. cliij. cliiij. clv. clvj. clvij. manēt.

Annotatio. clxj. manet. Sed contra id quod dixi  
Origenem nobiscum legere in libro cōtra celsum.  
Omnes quidem dormiemus: sed non omnes im-

mutabimur. Et in hoc quod sequitur: & nos im-  
 mutabimur (vt videtur dicere Origenes) Paulum  
 se & sui similes discernere a cæteris: dicens Orige-  
 nem sentire tecū in scđo libro contra celsū. Sed ni-  
 si me fallit iudiciū: nihil p te hīc facit Origenes.  
 Nam de ea lectiōne (Omnes quidam nō dormie-  
 mus: sed omnes immutabimur) nihil hīc locus suf-  
 fragatur. Verum quidem est loqui ibi Origenem  
 de viuis immutandis: sed quinam sunt illi viuit  
 longe aliud mihi videtur sentire: q̄ tu. Q uod si  
 quis legerit eum locum: quem annotauī in quinto  
 cōtra celsum: forte animaduertet. Nam ibi (sicuti  
 & ipse metalib: & alij grēci interpres: suis locis)  
 videt per viuos intelligere sanctos: qui imperpe-  
 tuum cum Christo regnabunt. Quam eorum in-  
 terpretationem certe confirmat: q̄ Paulus non  
 poterat de seipso dicere (Nos qui viuimus: scili-  
 cet in carne: & qui residui sumus in aduentu do-  
 mini: scilicet in carne). Quia tūc certo sciuit se nō  
 futurū in carne: in aduentu dñi. Verba Origenis  
 ascribo. Post hēc celsus: siue sacras literas nō recti<sup>9</sup>  
 audierit: siue ab his qui has minus intelligūt: ita ac-  
 ceperit: p nos (inquit) id affirmari. Quū enī tem-  
 pus illud aduenerit quo p ignē mundus hīc repur-  
 get: nō mō futurū est: vt q tūc reliq & supstites fue-  
 rint. verū & vita iā pridē defuncti pmaneāt: quū  
 minus pcipiat vt ineffabilē sapientia quadā apud Ie-  
 su apostolū: sit illud pnciatū. Oēs qdē resurge-  
 mō: nō oēs aut̄ immutabimur: i momēto: in istu ocu-  
 li: i nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui

Manentia.

resurgent incorrupti: & nos immutabimur (Se-  
quit) fuisset autem illi mox proferendum: quidna  
sentiret qui hęc loqueretur. Quando qui nondū  
mortē obijsset: nec seipsum: nec sibi similes: hoc ē  
superstites: alios ab alijs seiungens: dicturus es-  
set: & nos immutabimur: vbi & mortui incor-  
rupti resurgent: dixisset. Ut autem huīusmo-  
di quædam sentiendo apostolum: confirme-  
mus hęc litéris mandasse: vel his: quę ex prima  
ad Corínthios nuper produxi epistola: ea adiece-  
rim: quae & i prima ad thessalonicenses habentur.  
In qua Paulus & vitafruens: & vigilans: & a mor-  
tuis alienus: hęc loquitur. Hoc enim vobis di-  
cimus in verbo domini: quia nos qui viuimus:  
qui residui sumus in aduentu domini: non præve-  
niemus eos qui dormierunt. Quia ipse dominus  
in iussu: & voce archangeli: & in tuba dei descen-  
det de cœlo. Deinde: qui pr̄ter se & sui similes:  
vel alios sc̄iret in domino mortuos: & illud sub-  
iec̄it. Et mortui qui in Christo sunt: resurgent  
primi. Deinde: qui viuimus: & qui relinquemur:  
simul rapiemur cum illis in nubibus: obuiam  
Christo in aera. Hactenus Origenes. Ex hoc  
loco etiam si subobscurus sit: licet olfacere: q̄ Ori-  
genes legerit. Omnes quidem resurgemus: sed nō  
omnes immutabimur. Sed & q̄ per viuos intelli-  
gat sanctos: quos & solos sentit imutandos. Sed  
& hanc esse Origenis sententiam: Hieronymus  
in epistola ad Minerium & Alexandrum: aper-  
tius testatur. Vbi dicit Dydimum: qui Origenē

sequutus est: sentire sanctos tantum immutandos: & omnes resurrecturos: & nostram lectio-  
nem amplecti: & alteram damnare. Quin & com-  
munem omnium mortem futuram: confitetur  
Origenes in epistola ad Romanos his verbis. Cō-  
munis hēc mors (iquit) omnibus venit: & veniet:  
etiam si iusti videantur. De Enoch & Helyasi q̄s  
obijicit. non continuo falsa videantur ea quæ  
de omnibus dicuntur: si aliqua dispensatio dei in  
vno vel duobus hominibus facta est. Hæc Orige-  
nes. Sed & in apologia Pamphili: idem Origenes  
ait. Melius est ergo dicere: q̄ omnes quidem resur-  
gemus &c. Ex his satis constat Origenem pro no-  
stra lectiōe stare. Et in hac sententia: q̄ nō omnes  
immutabimur: sed tantum sancti sint immutandi:  
sunt & alij græcorum. vt citat Hieronymus: Dio-  
dorus tharsensis episcopus: affirmat incorruptio-  
nem futuram omnium: immutationem proprię-  
tudinē. Vnde & apparet illum fateri omnes dor-  
mituros: vt apte sequatur aduersatiua coniunctio-  
cum negatiua. Nam male coharent: omnes non  
dormiemus: sed non omnes immutabimur. Nec  
dydimus videt: quo pacto commode subsequatur  
(& nos immutabimur:) si precedat: (omnes immu-  
tabimur.) Idem sequitur Acacius Cesareæ episco-  
pus: in libro. Qui & dicit: huic sententiæ  
magis acquiescere ecclesiam: vt omnes communī  
morte moriantur. Imo vero quid ex his querimus  
testimonia: quum scriptura toties inculcat futurā

## Manentia.

omnium mortem? Ecclesiastes dicit. Non est ho-  
mo qui semper viuat. Et David in psalmo. Quis  
est homo qui viuit: & non videbit mortem? Idem  
& parabolæ euangelium: virginum nomine co-  
plectens totam ecclesiam: quam Paulus despōdit  
vni viro: virginem castam exhibere Christo. Dor-  
mitauerunt (inquietuagelium) omnes: & dormie-  
runt. Et Paulus ipse. Statutum est hominibus se-  
mel mori. Idemq; in hoc eodem capite. Sicut in  
Adam omnes moriūt: ita in Christo omnes vi-  
uificabuntur. Et quomodo viuificabuntur: idem  
monet Paulus. In sapientia tu quod seminas: non vi-  
uificatur: nisi prius moriatur. Neq; vero quicq; im-  
pedit priuilegium paucorū: Christi in qua & Ma-  
riæ: & aliorū: si qui forte sint: legem communem.  
Nec certe video cur tribuatur præsentia Christi:  
q; reliqui in aduentum eius: non moriētur: quum  
apostoli mortui sint: & omnes quibuscum cōuer-  
satus est in terra. Et quæ ratio: eximere peccatores  
a morte pœna peccati: quum eam Christus imma-  
culatus ac innocens non euaserit? Si præsentia  
Christi liberabit a morte prima: cur non etiam li-  
berabit a morte secunda? Et quo modo absorbebi-  
tur mors in victoria: nisi ab his qui mortui resur-  
gent? Nam quando mortale hoc induet immor-  
talitatem: & corruptibile hoc incorruptionem:  
tunc absorbebitur mors in victoria. Nam quæ  
victoria: vbi nulla pugna. Nec vero mortale  
hoc induet immortalitatem: nisi prius moria-  
tur. Nam induere immortalitatem: est viuificari

a Christo. At non vivificabitur nisi quod prius  
 mortuum est: ut dicit Paulus. Theodori Heracleo-  
 tis sententiā: q̄ non sit futura omnium mors: quia  
 sicut Enoch & Helyas translati sunt: sic sancti in  
 corporibus reperiendi: & A pollinaris: qui idem  
 sequitur: tollit Origenes dicens. De Enoch & He-  
 lyas: si quis obijciet: non continuo falsa videantur  
 ea: que de omnibus dicunt: si aliqua dispensatio dei  
 in uno vel duobus hominibus facta est. Ambrosi  
 vtramq; lectionem habet: nostrā amplectit. Etiā  
 Augustini græcam lectionē citat: nec tamē audet  
 amorte eximere: quos Christi aduentus inueniet.  
 Hieronymus vtramq; legit: & interpretatur. Sed  
 qđ dicit magis quadrare sensu apostolico illam le-  
 ctionē: omnes quidē non dormiemus: sed omnes  
 immutabimur: quia (vt ille dicit) apostolus hic lo-  
 quitur de sanctis: hoc mihi pace Hieronymi non  
 probatur. Nam quum sentiant: qui hanc sequun-  
 tur lectionem: neminem ex his moritum: qui re-  
 liquierunt in aduentu domini: quum in hoc nu-  
 mero inuenientur & mali: non potest prior pars  
 de sanctis tantum intelligi: vt sancti tantum sint  
 non dormituri. Quum scelerati etiam qui tunc  
 viui reperientur: sint non dormituri iuxta hanc  
 sententiam. Etiam non est consentaneum hoc de  
 sanctis tantum dicere: quū antea dixerit. Ecce my-  
 steriū dico vobis: quasi id qđ sequitur etiam ad om-  
 nes pertineat: quos tunc alloquebatur: & in eis:  
 ad totam ecclesiam. Nempe commonendo huius  
 mysterij Corinthios: etiam vniuersam ecclesiam

Manentia.

visus est commonuisse. Et posterior pars. sed omnes immutabimur: si de sanctis tantum intelligat ut quid (inquit Dydimus) sequitur. Et nos immutabimur. Superuacaneum esset postea inferre: & nos immutabimur: si antea affirmasset omnes immutandos. Illud vero ad Thessalonicenses: non satis videtur mihi posse detorqueri ad hunc sensum: vt aliqui futuri sint viui in aduentu domini: qui non morientur: vt totus ille locus probe quadraret. Hæc sunt Apostoli verba. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus: qui residui sumus in aduentu domini: non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus: in iusu: & in voce archageli: & in tuba dei descendet de celo: & mortui qui in Christo sunt: resurgent primi: Deinde: nos qui viuimus: qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus: obuiam Christo in aera: & sic semper cū domino erimus. Hæc Paulus. Hic si nudum verborum sonū sequimur: Paulus affirmat se superstitem fore: ac residuum in aduentu domini. Nam dicit. Nos qui viuimus: nos qui residui sumus: qui reliquimur: rapiemur &c. se comprehendens in eorum numero: qui residui futuri erat in aduentu domini. Et quis hoc credat Paulum sensisse: qui spiritum dei habebat: qui & ab hoc errore Thessalonicenses hæc sua verba non bene interpretatos: reuocauerat: ne putarent instare diem domini. Nempe hoc sequebatur si Paulus futurus erat residuus in aduentu domini. Si hæc sensisset Paulus: non dixisset. Cupio

dissolui: & esse cum Christo. Non scripsisset ad  
 Corinthios. Volumus de corpore exire: & cū do-  
 mino viuere. Non ad Timotheum. Ego iam deli-  
 bor: & tempus resolutionis meę instat. Non dixis-  
 set: se mortis responsum accepisse. Tempus suum  
 expectasset: vt residuum fieret in aduentu domini.  
 Etiam res ipsa comprobat residuum non esse. Igi-  
 tur non hoc sensit Paulus: quod verba præferunt.  
 vt ne ex his liceat colligere: aliquos futuros super-  
 stites in aduentu domini: qui non moriētur. Nec  
 patitur hunc verborum sensum quod sequitur.  
 (Et sic semper cum domino erimus) Si hoc inter-  
 pretabimur de omnibus: qui residui erunt in ad-  
 ventu domini: quum nemo dubitet tunc futuros  
 etiam malos: (nempe aduentus domini erit: sicut  
 in diebus Noe. Erunt edētes & bibētes: & nupti  
 tradētes: & e duobus in lecto vno alter assumetur:  
 alter relinquetur.) rapientur ergo & mali in nubi-  
 bus obuiam christo in aera: & sic semper cum dos-  
 mino erunt. Quę si sint absurdā: non nudis ver-  
 bis insistamus: sed alium sensum apostolicum quę  
 ramus. Proinde sunt ex veteribus: vt citat Hiero-  
 nymus in epistola ad Mínerium: & Alexandrū:  
 qui totum hunc locum de iustis interpretantur.  
 Et quū dicitur (Nos qui viuimus) vitam eam in-  
 telligāt: qua viuītur in Christo. Et quod dicitur:  
 residuum in aduentu: ad reliquias referūt Israel  
 quę saluę fient: vel ad relictorum septem millia: q  
 non curuauerunt genu ante baal. Hęc copiose de-  
 sputata apud Hieronymum in ea epistola licet vi-

## Manentia.

dere. **Hic** locus certe obscurus est. Ceterum palā est: non id sensisse apostolum. Vnde colligūt suā sententiam: qui affirmant eos; qui in aduentu dominierunt: non morituros.

**Annotatiōes.** clxiij. clxiiiij. clxv. clxvj. clxvij. clxviij. clxix. manent.

**Annotatiōe.** clxx. Confirmat quod dixit: ne apicem quidem mutādum esse in sacrīs literīs: quum in Paulo (inquiens) nihil omnino sit ociosum: vt sic velit intelligi: nec in alijs literis sacrīs. **Hoc** certe christiane ac catholice.

**Annotatio.** clxxij. manet.

**Annotatio.** clxxiiij. manet. Sed addit: hoc fratrū cognomen vulgo pene inuisum: quū nō sit aliud charitatis nomen plausibilius.

**Annotatiōes.** clxxv. clxxvj. clxxviij. clxxviiij. clxxxix. clxxx. manent.

**Annotatio.** clxxxij. manet. Sed quod prius non annotauī: ex sentētia Ambrosij declarat: vñ repre hēsus. A veritate (inquit) euāgelica: cui hoc factū aduersabāt. Edo. Nec tamen adhuc satis quadrat Restitū illi in faciem: quoniam reprehensuerat: quum bñ quadret: quoniā reprehēsibilis erat. Sed hic aliam affert interpretationem: vt dicat Paulus sibi datam occasionem obſistendi Petro: q̄ antea fuisset ab apostolis reprehensus Hierosolymis: q̄ cum Cornelio sumpsisset cibū anthiochię. Ed. Plane hac occasione: nō obſtitisset Paulus Petro: tum q̄ gentiū apostolus: tū q̄ iam intellexisset: Pe tri satisfactionē dei ipsius authoritate cōmunitā:

qui tertio iussus sit: q̄ de⁹ purificauit: cōmunia ne diceret. Qui & idē Petr⁹ in fine satissactiōis subin fert. Si ergo illā gratiā dedit illis deus: sicut & nobis qui credimus in dominū Iesum Christū: ego quis eram: qui possem prohibere deum? (Et sequitur). His auditis tacuerunt: & glorificauerūt deū: dicentes. Ergo & gentib⁹ pœnitentiā dedit deus advitā. Hęc in actibus apostologr. ca. xj. Hic loc⁹ aperte docet: hoc sermone Petri: satissactū fuisse apostolis: de eo q̄ cum Cornelio sumpsisset cibum: vt nullam inde reprehensionem mereretur. Adnotaciones. clxxxij. clxxxiij. clxxxiiiij. clxxxv. clxxxvj. clxxxvij. manēt.

Annotatio. clxxxvij. Sacramentū hoc &c. manet Quędā affert noua: sed q̄ puto a nobis alibi explo sa. Vide tamen non nihil moderari rē hoc loco.

Annotationes. cxci. cxcij. cxciij. cxciij. manent.

Annotatio. cxcv. manet: sed testatur Chrysostom⁹ pro se: quem & ego cito contra illum.

Annotationes. cxcvj. cxcvij. manent.

Annotatio. cxciij. manet. & multū auxit de curiosis: ac pene ipijs (vt ille dicit) theologor̄ q̄stioib⁹.

Annotatio. cxcix. manet. Sed verbis paulo mutatis. Nec tamen hic dicit: vt prius (Sapienti) additum aduersus arrianos: quanq̄ in margine dicit (Sapienti) videtur additum.

Annotationes. ccj. ccij. ccij. cciiij. ccv. ccvj. ccvij. ccvij. ccix. ccj. ccij. ccxij. manent.

Annotatio. ccxi. manet. Sed meq̄ annotatiōi r̄ndet. Et q̄ frigide sperat: lāguet in pijs operibus.

## Manentia.

Annotationes.ccxiij.ccxv.manent.

Annotatio.ccxvj.manet. Sed affert vt ego Chrysostomum. Verū non male tuetur quod dixit mea sententia. Ita tamen recipio interpretationem verbi (irreprehensibilis): vt non perinde libēter ipm verbum. Sed velut dicit Augustinus de fato. Teneatur sententia: sed corrigatur lingua: ne ansam prebeamus illis: qui vetus testamentum ceu mazilum: & profectum a deo malo: respuunt.

Annotatio.ccxvij.manet.

Annotatio.ccxviij.manet. Sed prope addit eam quę in mea annotatione est: interpretationem.

Annotationes.ccix.ccxx.ccxxij.ccxxiiij.ccxxv.ccxxvj.ccxxvij.ccxxvij.ccxxix.ccxxx.ccxxij.ccxxxij manent.

Annotationes.ccxxxiiij.ccxxxv.manent.

Annotationes.ccxxxvij.ccxxxviij.manent.

Annotatio.ccxxxix.manet. Sed pro lectione ibi adducit authoritatem Augustini.

Annotationes.ccxl.ccxlj.ccxlj.manent.

Annotationes.cxiij. &. cxv. posui inter manentes. Sed qavtilitatı tuę studem⁹ optime lector: ne quid ignores: neue veritati vlo pacto deesse videamus: victorię magis nostrę: q̄ communī commodo consulentes: nec etiam si quicq̄ contra nos stras annotationes apud veteres offenderimus: pudebit recinere: si opus sit: aut saltem te componere. Id quod vt hoc loco: ita etiā in alijs facturi sumus: quoties videbitur fore: opere præcium. Ingenue fateor repperisse me apud Augu-

stinum: in opere cuius titulo est contra Petilianos do-  
 natistæ epistolam: capite decimo: paraphrasim  
 initij actorum: prout sequitur. Primum quidem  
 sermonem feci de omnibus o Theophile: quæ coe-  
 pit Iesus facere & docere: usq; in diem: quo aposto-  
 los elegit per spiritum sanctum: mandans eis præ-  
 dicare euangelium. Quibus & manifestauit seip-  
 sum post passionem suam: in multis signis: per dies  
 quadraginta apparet eis: & disputans de regno  
 dei. Et cum conuersaretur cum eis: precepit eis: ne  
 discederent a Hierosolymis: sed expectarent pro-  
 missionem: quam audistis (inquit) ex ore meo. ) Ut  
 hunc pro me facit: quod (per spiritum sanctum)  
 refert ad (elegit) ut apostoli dicantur electi per spi-  
 ritum sanctum: quod ego ex alio loco in  
 annotationibus prioris editionis confirmaui: ita  
 duo videntur contra me esse: q (præcipiens) rettuli  
 ad hoc: (ne discederent ab Hierosolymis) non ad  
 mandatum prædicandi munus: ut Erasmus refert.  
 Alterum: q hic Augustinus pro (conuescens) (co-  
 uersatus) legit: quam veram esse lectionem Erasmus  
 arbitratur: quum ego contra non nihil contende-  
 rim. Hic authoritati non illibenter cedo: ita tam  
 ut petam rationes: quib; mouebar: expedi. Nam  
 in priore loco id me mouit q Lucas dicit. Primū  
 sermonem feci usq; in diem: qua præcipies &c. Quū  
 ipse Lucas: in euangelio: mandatum suisse aposto-  
 lis prædicandi munus non testetur: nisi forte eo re-  
 ferri possit illud: quod (postq; Christus docuisset  
 oportuisse Christum pati: & tertia die resurgere:

## Nouæ Annotationes

& prædicari sub nomine eius pœnitentiam: ac remissionem peccatorum in omnes gentes: initio facto ab Hierosolymis) subdit. (Et vos estis testes horum.) At præter id quod hic sermo anceps est: quo vel designentur futuri testes: vel moneantur: se hæc scire vera esse: vrget etiam non nihil pro poste riore sensu: verbum præsens: non imperatiuum: vt sit sensus. Quod passus sum: quod tertia die resurrexi: vos estis testes. Quippe qui agnoscitis me: videtes manus meas: & pedes meos: & contrectates me. Quia spiritus carnem & ossa non habet: sicut videtis me habere. Et argumentum etiam habetis veræ resurrectionis meæ: quod in conspectu vestro comedo. Velforte sic melius. Vos estis testes horum: scilicet quod premonuerim vos quum adhuc essem vobiscum: de his quæ nunc completa videtis. Nihil tamen repugno si quis alium sensum malit: quem videtur sequi Augustinus. Nec adhuc deest alius scrupulus: quod hic sermo videtur fuisse habitus primo die resurrectionis: quum prædicandi munus mandatum fuerit nouissimo sermone: ut videtur sentire ipse Augustinus. De posteriore loco (conuescens) cur id verbi magis placeat: est satis videre ex ipsa nostra annotatione: in priore æditione: quo te remittimus. Hoc visum est monere: ne prudentes scientes te falleremus optime lector.

De his quæ inter legendum in posteriori  
editione obiter occurserunt.

# NOVAE ANNO

tationes in Matthæum.

## Annotatio Prima.

**G**T tu Bethlehem) ibi (Q̄z̄ autem) Matth.  
Era. Imaginamur prophetæ verba iij.  
sic recitari: vel a phariseis: vel ab euā  
gelista: vt de suo nō nihil admisceat:  
qd tamē haudquaq̄ aduerset sensuī  
prophetie. Siquidem quū propheta  
ta sentiret: antea Bethlehē humilē: cōtemptamq;  
fuisse prē ceteris Iude ciuitatibus: tamen futurum  
vt huiusmodi partu ēdito: superet omnes fœlici-  
tate: celebritateq;: quod a propheta dictumerat ta-  
cuit euangeliſta. Quod sensit: explicuit: non ad id  
tempus respiciens: quo hēc scripsit propheta: sed  
ad sua tempora: quibus (ēdito Iesu) desiit esse mi-  
nima Bethlehem: ac maxima esse cœpit. Perinde  
quasi dixisset. Quod olim dictum est a vate fore:  
ut ex omnium minima fieres omnium maxima: id  
iam contingit. Edouardus. Hic sensus si ponan-  
tur loco verborum: nihil cohēret pr̄sertim refrā-  
grante futuro: quod sequitur. Ex te enim ege-  
dierit dux. Repetamus verba paulo altius. Con-  
gregans sciscitabatur ab eis: vb̄ Christus nasce-  
retur. At illi dixerunt. In Bethlehem Iudæ.

## Nouæ Annotationes

Sic enī scriptū est per prophetā. Et tu Bethlehem terra Iuda maxima es. Ex te enim egredietur &c. Quum iam maxima esset: non erat futurū vt egredetur. Sed vt dicit Erasmus: ædito primum partu: maxima facta est. V idetur mihi hebraicus textus posse commodius reddi: vt sensus euangelicus seruetur & quadret sibi vtraq; interpretatio: sensu saltem: hoc modo. Et tu Bethlehem ephrata: parū est: vt sis in millibus Iudæ. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Nā(zait) potest significare parum aut paruū: vt sit sensus. Dignitatem iam vtcumq; habes q; numeraris in millibus Iudæ. Nam ea tribus prima omnium erat. At hęc dignitas nihil est: si cōferatur ad eam quae futura est. Ex te enī egredie&c. Et sic nequaq; minima erat: cui hoc parumerat: vt numeraretur in millibus Iudæ: quum alioqui viculus esset: nulla pene portio suę trib⁹: & iccirco parvulus dici posset i milib⁹ Iudæ.

### Annotatio. II.

Matth. **A**D duriciem &c.) Eras. Porro: quod hodie xix. **A**passim in scholis dictitant: solo consensu cōtrahi matrimonium: vt inam tam probatum esset: q; receptū est. Ed. Si consensui adiungant verba: præsentem consensum testantia: (nam & hęc contractui adhibet schola ceu necessaria) nescio quid præterea exigī possit ad iustum contractum: nisi velit etiam oracula consuli. Si consensus verbis testatus non sufficiet: nihil plane sufficiet citra dei nutum: quum huiusmodi consensu: nihil possit: nec certius: nec firmi⁹ excogitari ab humano ingenio.

Etenim si fucus est in verbis: quis nisi de interiorum  
radiscerneret.

## Annotatio.iiij.

Ras. (הכִּי) : id est attolle oculos : Mar. v.  
ut possintesse due dictiones hebraicæ. Edo. Est vnum verbum hebraicum futuri temporis: tertie coniugationis: quod bene potest reddi (fac respicias) vel iuxta grammaticam (facies respicere). Nam hebrei sepe utuntur futuro: vice imperatiui: vel optatiui: seu magis hortatiui.

## In Lucam.

## Annotatio.iiij.

Daperiens vuluā.) Citas ex Origenes: Homilia. xiiij. in Lucam: q[uod] spūs sanctus illapsus sit in uterū virginis Mariæ: vice seminis masculini. Hoc tñ non dicit Origenes: nec ex originis verbis erui potest: quæ sunt huius modi. Audeo quid loqui: quia in eo quod scriptum est. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit te: principium seminis & conceptus fuerit: & sine vuluē reseratione: nouus in utero fœtus adoleuerit. Hec Origenes. Hinc nihil colligis. nisi operante spiritu sancto: fuisse conceptu verbi in utero virginis. Mihinō bñ sonat: q[uod] spūs sanctus illapsus dicatur in uterū virginis: vice seminis masculini. Si quidē vt illuc nulluerat masculinū semē: sic nec quicquam ibi vice masculini semis.

## Annotatio.iiij.

Nouæ annotationes

Luc.x.

**Q**ui vos spernit: me spernit). Eras. Verum est:sed apostolorum similes & Christi negotiū agentes. Alioqui tyrannidem appellat. Edo. Nonne legisti. Super cathedram Moysi sedent. Quę dicunt: facite. Quę faciunt: nolite facere. Proinde & malis obtemperandum est. Ideo Petrus obediendū esse prēcipit dñis: etiam discipulis. Et Paulus: omnem potestatem a deo dicit esse. Et Christus ipse iubet reddere quę sunt Cesaris Cesarī. Qui potestati resistit: deo resistit (inquit Paulus) Et quum Israel regem peteret: ne pessimi Samuelis filij patri succederent: dixit dominus Samueli. Non te abiecerunt: sed me: ne regnem supereos.

Annotatio.vj.

Lu.xj.

**Q**uod superest). Eras. Illud annotandum: quum modo fecerit mentionem rapinæ: in remedio non fieri mentionem restitutionis. Tantum pollicet eleemosyna data: omnia fore mūda. Ed. Sarciendū est qđ deest: ex alijs locis: vbi iubet restitutio fieri: scilicet ex. xxij. capite Exodi. & eleemosyna superaddēda: quo placetur deus. Nā iniquus oīs in proximū: etiā in deū peccat. Et restitutio certe eq̄ tatis naturalis est. Qđ tibi nō vis fieri: alteri ne facias. Hæc tua annotatio non ingrata erit his: qui grauatim restituunt male parta. Ceterum vt aliquid dicam meo sensu: nihil tamen affirmans: videtur mihi hic locus (τὰ περὶ τὴν σαπεκτήν) sapere. perinde ac si sensus esset. Vos arbitramini: datis eleemosynis aboleri omnia peccata. Placete

vobis ea opinione: quasi innueret longe eos errare: qui id putarent (εἰρωπέαται) talis in Genesi. Ecce Adam factus est: quasi unus ex nobis. Huc sensum duo mihi videntur confirmare. Tum quod videbatur non tam paucis exhortationem intermixturus: inter tot reprehensiones: que & praecedunt: & subsequuntur: cui nec hic videtur esse idoneus locus. Tum id quod sequitur cum aduersatiua coniunctione. Sed ve vobis pharisei qui decimatis mentam & rutam: & omne olus: & preteritis iudicium & charitatem dei. Hic locus videretur mihi priorem interpretari: quasi diceret. Nec eleemosynarum largitio: nec stricta etiam in minimis quibusque legis obseruatō: quicq̄ pro desse potest vobis: qui preteritis iudicium & charitatem dei.

## Annotatio. viij.

**S**ed nunc qui habet sacculum). Taxas Augu- Luce.  
Stinum interpretantem: quod Petrus iussus sit gladium ferre: sed non ferire. Ridicule (inquis) iubet portare gladiū qui nolit eo vti: peride ac si iubeat. Circumfer soleas: sed semper nudis incedas pedibus). Edo. Et tñ vtrūque hoc tā ridiculū iubet christus alteruni hoc loco dicens. Sed nunc quod habet sacculū: tollat similiter & peram. Et qui non habet: vendat tunicam suam: & emat gladiū. Et quū Petrus diceret. Dñe ecce hic duo gladij. christus rēndit Satis ē. in hoc significās nō sibi displicere: quod Petrus gladium haberet. Alterum vero: quod non licuit Petro gladio ferire: Christus indignat: quod amputasset

## Nouæ annotationes

aurem seruo pontificis: declarauit dicens. Repone gladium tuum in vaginam. Qui gladio percutit gladio peribit. Nonne patrē meū rogare possū & exhibebit mihi duodeci milia angelorū? Vtrūq; hoc paucis cōfirmat Bernard⁹ ad Eugeniū papā. Dixit dominus Petro. Repone gladium tuum in vaginam. Tuus ergo est: tuus: non tua: sed militis manu & imperatoris iussu euaginandus.

### In Ioannem.

#### Annotatio.vii.

Ioan.j.



Ras. Quoties significatur verus ille  
solus deus: semper additur articu-  
lus. Edo. Hoc & prior habet edic-  
tio: etiam si prius nō annotauī. Ce-  
terum si per solum ac verum deum  
intelligis patrem: nec filius nec sp̄i-  
ritus sicutū erit: ille verus ac solus de⁹. Si naturā qñ  
non negabis: & verbum & sp̄iritum sanctum esse  
solum illum ac verum deum: non absurdum fue-  
rit dici ὁ Θεός ἡμῶν ὁ αὐτός cum articulo: quod tamen  
ipse non admittis. Nam dicis articulo addito: si-  
gnificari patrem.

#### Annotatio.ix.

Ioan.ii

Q V adraginta sex annis). Postq; taxasti Augu-  
stīnum: qui numerum. xlvi. reperiri dicit in  
nomie Addam: q̄ gr̄cam allegoriā querat in he-  
braico vocabulo. Subinde dicis. Fortasse nō nihil  
fuisset: si hisce literis apud hebræos: hīc numerus  
signaretur. Edo. Certe signat. Nam bis Aleph  
duo: Daleth semel quatuor: Mem semel quadra-

ginta: etiam hebreis significant.

## Annotatio.X.

**N**on enim ad mensuram.) Er. Euangelista Ioā. iiij.  
pronomen omisit τοντῷ siue ἀντῷ: q̄ ex his  
quæ præcedunt: & ex his quæ sequuntur: satis li-  
quet: de quo loqueretur. Id autē sit crebrius apud  
gr̄cos: q̄ apud latīnos. Nos igitur: ne quid offen-  
deret lectorem: pronomen de nostro apposuimus:  
inversione duntaxat. Ed. In initio sequentis ca-  
pit̄is: miraris: vnde hoc nomen (medium) ibi (per  
medium Samariam) inoleuerit in vulgatis exem-  
plaribus: quum nec in gr̄cis sit: nec in antiquis la-  
tinorum exemplaribus magnopere consentienti-  
bus. Nisi forte (inquis) aliquis sic interpretatus sit:  
& postea alius in textum transtulerit. Parī modo  
mirabuntur posteri: quo pacto irrepserit tuum  
(illi) in exemplaria: qđ gr̄cum nō habet: nec vllus  
codicūm latinorum. Puto plerisq; non probatum  
iri: q̄ quicq; addas: etiam si iuuet sensum.

## Annotatio.XI.

**P**Ro eo quod ecclesiastica lectio habet: (princi- Io. viij.  
pium qui & loquor vobis.) Erasmus posuit  
(Imprimis quod & loquor vobis) diuerso prorsus  
sensu.

## Annotatio.XII.

**T**E solum verum deum.) Er. Hic locus præter Io. xvij  
cæteros: Arrianis præbuīt occasionem erro-  
tis: vt dicarent solum patrem esse vere ac proprię-  
deum. Haud scio: an hoc sentientes: quod nostri  
theologi non negant: solum eum esse principium  
esse diuinitatis. Ed. Quicquid afferunt pro erro-

Nouæ Annotationes.

resuo. Arriani ex his locis eliciunt: qui patrem te  
stantur maiorem esse filio: & filij obedientiam: ac  
subiectionem: patri. Athic locus tantum abest: vt  
occasionem errandi præstiterit: vt cum hoc: q[uod] fate  
tur patrem solum verum deum: fateantur etiam si  
lium esse verum ac perfectum deū: nihil impedien  
te solitudinis vocabulo: vt specie cum ecclesiastica  
regula consentiant: sed non sensu. Nam: quem fa  
ciunt verum ac perfectum deum: faciunt a patris  
natura diuersum: parum secum constantes. Natu  
ram enim separantes filij: a natura patris: deitatē  
etiam filio adimunt. Quum qui non sit idem ac  
consubstantialis deus: deus esse non possit. Athi  
vtrumq[ue] dīcunt: natura diuersum esse filium a pa  
tre: & nihilominus verum esse ac perfectū deum:  
vt satis liquet ex disputatione Augustini cum Ma  
ximino Arrianorum episcopo. Nam illuc Maxi  
minus aliquot articulis suā fidem professus: hæc  
verba habet. Verus innatus pater: verum genuit fi  
lium. Sed quum dicit dominus in euāgelio (vt co  
gnoscāt te solum verum deū: & quē misisti Iesum  
Christū: sic solū verū deū dicit patrē: quomodo so  
lū bonū: & solū potētē: quomodo & solū sapiētē.  
(Et antea dicit.) Apostolus: q[uod] ait (Beatus & solus  
potēs rex regū: ) solū dicit potētē patrē: nō q[uod]a fil  
lius nō sit potēs. Audi igit̄ testimoniu[m] de filio: ip  
sum spirítū sanctū clamatē & dicentē. Tollite por  
tas principes vestras: & eleuamini portę eternales  
& introibit rex glorię. Quis est iste rex glorię? Et  
respōsum itellige. Dñs fortis & potēs. (Et postea

dicit) Vn puto: q̄ nec ip̄e diabolus ausus est dicere: q̄ pater nō perfectū: genuit ante oīa filiū. hēc Ma-  
ximin⁹. Sed dū explicat: quo pacto sit solus potēs:  
nō nihil imiscet p̄ sua hēresi. Vn (inq̄t) puto: q̄ so-  
lū potētē dicit: q̄a incōparabilis est in sua potētia.  
Inde propheta admirans dicit. Deus quis similis  
tibi. Hic satis liquet: q̄ filiū non negat verū esse ac  
perfectum deū: etiā si cū euangelio dicat: solum pa-  
trem esse verum deū. Nec iam quadrat interpreta-  
tio: vt solus pater dicitur Arrianis verus deus: id  
est: solus principium diuinitatis. Quum: q̄ solus  
dicitur deus verus: nō excluditur filius. Et tamē:  
q̄ solus dicitur principium diuinitatis: filius pro-  
fus excluditur. quum hēc sit appellatio non com-  
munis naturæ: sed hypostaseos: & in proprietati-  
bus personarum: non sit communio.

## Annotatio. XII.

**E** Ra. Nec impium puto: si quis dixerit: patrē Eodem  
solū esse verū deū: id est solū principium dei-  
tatis. Ed. Vt nō sit impium (siquidem vtrūq; tenet  
ecclesia catholica) certe ineptum fuerit sic interpre-  
tari. Nam quis Adam solum hominem dixerit: q̄  
solus sit principium humani generis?

## Annotatio. XIII.

**E** Rasmus. Annotandum & illud: q̄ semel at- Ioā.xx.  
q̄ iterum precatus pacem: deinde insufflato  
spiritu dixit. Quorum remiseritis &c. (Postea)  
Toti turgemus mundano spiritu: & tamen place-  
mus nobis: authoritate remittendi: aut retinen-  
di peccata. Tuere autoritatem. Sed cura vt

## Nouæ Annotations.

adsit spiritus: per quem ille tribuit authoritatem.  
(Et in margine) Authoritas remittendi peccata da-  
tur: sed prius dato spiritu sancto. Ed. Quorsum  
tendit hic sermo: plane nescio. Si sic monet curan-  
dum: vt ad sit spiritus: vt etiam si non adsit: nihil  
minus putet manere authoritatem: bene quidem  
hortatur & bene sentit: & ego cum eo sentio. Verū  
si (quod quidam hæretici opinati sunt) arbitretur  
irritam esse flagitiosis sacerdotibus hāc potestatē:  
ecclesia hanc opinionē execratur & damnat.

In Actus.

## Annotatio. XV.

Actuū  
xix.



Onfiteentes & annunciantes actus  
suos.) Era. Vel hinc colligi potest:  
fuisse & antiquitus nonnullam con-  
fessionem malæ actæ vitæ: sed aper-  
tam (vt opinor) & in genere. Quam  
nec ipsam legimus exactā abs quo-  
piam. Cæterum quæ nunc recepta est: clancularia  
& in autem fit: videtur ex consultationibus pri-  
uatis esse nata: quæ solent apud episcopos fieri: si  
qui scrupulus vngeret animum. Edo. Si nullum  
aliud habeat robur hæc clancularia confessio: nisi  
ex hominum decreto: posset dissuetudine aboliri:  
vt cætera iura: quæ appellant̄ positua. Posset etiā  
pontifex sua auctoritate tollere istiusmodi confi-  
tendi legem. Itaq; consequenter irritare authorita-  
tem apostolicam ligandi: & soluendi: saltem in oc-  
cultis peccatis. Nam si nemo sua peccata prodet sa-  
cerdoti: quo pacto soluetur! Quis se arbitrū facit

eorum quę ignorat? At secretum qui possit scire  
sacerdos: n̄ifi proditum a peccatore? M̄hi tum  
verius: tum tutius videtur: dei authoritate fateri  
præceptum: sic confiteri. Alioquī quo iam abiit  
illud ex lege? Ite & ostendite vos sacerdotibus. Et  
quo euauit authoritas sacerdotibus mosaicis da-  
ta: vt discernerent inter lepram & lepram: cau-  
sam & causam: sanguinem & sanguinem? Et bo-  
nus pastor quo pacto agnoscat vultum pecoris  
sui? Aut quo pacto solidabit: quod confractum  
est: si quod confractum est: nesciat? Hec cura sa-  
cerdotibus lege dei committitur. Lex dei præci-  
pit: vt agnoscant vultum pecoris sui. Igitur & lex  
dei ouibus præcipit: vt personam exuant: quo  
vultus possit agnoscī. Ostendant se sacerdotibus:  
si velint discerni suam lepram. Et quum hæc le-  
pra intus sit: intima oportet pectoris aperiant:  
qui lepra infecti sunt. Q̄ si quid vel minimum  
lepre celauerit: illud sacerdos quum non disser-  
nat: nondum est liberatus qui lepram patitur.  
Maneat igitur (iubet lex) extra castra immundus.  
Hæc autem in figura facta fuisse nostri: monet  
apostolus.

Ad Corinthios,

Ann otatio. xvij.

Etr̄imētū patietur). Erasm⁹ loquēs  
de his quorū opus arserit: quos de-  
signatos in ligno/foeno/ & stipula:  
impios appellat: priore éditione:  
veniam (inquit) consequentur: verū  
nihila uferent pr̄emij. Quod cum a

j.ad Co  
rin. iiij.

F



## Nouæ Annotationes

me reiſceretur: q̄ argumentarer: non consecutus  
ros veniam: quos ille impios dicit in ligno foeno  
& stipula designari: hic adhibet pharmacum. Ve-  
niam (inquit) consequentur: si resipiscant. At hic  
posterior lapsus: peior est priore: Nā si impij sunt  
quę illis resipiscentię spes apud inferos? Lignum  
vbi ceciderit. ibi erit (inquit Ioannes) in Apoca-  
lipsi. In ignem eternum maledictos mittit Chris-  
tus: paratum diabolo & angelis eius. Et ne quis  
interroget: quomodo nihil auferent premij: qui  
veniam consequentur: hic etiam adiecit modera-  
men. Ceterum nihil auferent premij: qui luse-  
runt operā. Et tñ hos ipsos: qui luserunt operam:  
si resipiscerent: dicit veniam consequenos. Qz si ve-  
niam consequentur: non nihil etiam auferent pre-  
mij. Nā quib⁹ deus culpā cōdonat: hos etiā beat  
Qui adhuc purgantur: horum iam olī culpa ab-  
sterea est: & beatitudinem incunctanter expectāt:  
Porro qui apud inferos habitant: quibuscumq̄  
receptaculis sint: siue in puerorum: quem vocant  
lymbo: siue in ipsa stigea palude: nec culpa vnq̄  
(si quam habent: quod pro paruulis nondum ba-  
ptizatis addo) liberantur.

### Annotatio. xvij.

j. Co. j. **L**iberta est a lege viri &c.) Hic confirmaturus  
quantis vndiq̄ potest argumentis: expedire:  
facto diuortio: permitti libertatem coniugii in-  
noxio nouum mire matrimonium: protestatur  
primum: nolle se contentiosi dogmatis autho-  
rem esse: sed iuuandi studio monere studiosos il-

labefacto iudicio facrosanctæ ecclesiæ. Edo.  
 Grauissimè auctoritatis theologi quidam nihil  
 putant prodesse protestationem: nisi in dubijs  
 solum: non in his quę per ecclesię authoritatem  
 definita sunt: si quis velit sciens: ac prudens dis-  
 sentire. Nec ab re quidem; ne hæretici hanc an-  
 sam teneant: quoties libitum fuerit: vel nouas  
 gignere hæreses: vel antiquas fouere: vt protesten-  
 tur se nihil moliri contra ecclesiam. præsertim  
 qñ iam protestationi: ipsum protestantis factum  
 apte repugnat. Ideoq; nec dissentire meo iudi-  
 cio citra contumeliam licet: ab ecclesiasticis dog-  
 matis. Paulus studens ecclesiastiq; paci: dicit. Si  
 quis contentiosus sit inter vos: nos talem con-  
 suetudinem non habemus: nec ecclesia dei. Si nec  
 leuem quamlibet contentionem ferre debet eccle-  
 sia: quanto minus pati debet: vt in sacrosancta  
 decreta sua: quispiam quantumuis doctus: aut  
 etiam sanctus: audeat insurgere: atq; os ponere in  
 cœlum! Certe quisquis id tentat: nimium sibi  
 tribuit: & de ecclesia male sentit: quam putat: tot  
 præsertim seculis: minus vidisse: q; ipse viderit.  
 Magnus ille Hieronymus: nō tot literis solū: sed  
 rara etiam vītē sanctimonia clarus: fidei suę con-  
 fessionē: petit a Damaso approbari. Si hec (inqt)  
 nra cōfessio apostulat⁹ tui iudicio approba⁹: q;cū-  
 q; me caluniari voluerit: se imperitū: & maliuolū:  
 vel non esse catholicum comprobabit. Hincetiā  
 ecclesia authoritate sua freta: hæreticum iudicat:  
 quisquis de ecclesię sacramentis secus senserit: q;

## Nouæ Annotationes

sit ecclesiæ determinatum : vt patet in capitulo,  
( Ad abolendam ) extra de hereticis . Sed quod  
iuandi studio dicit se monere studiosos illabe-  
facto iudicio sacrosanctæ ecclesiæ: vt sit mihi p'sua-  
sum eo animo illum facere : ( quanq; certe mauult  
deus obedientiam: q; victimam ) tamen meminisse  
se debuerat : nouum dogma quantum pariat ri-  
xarum: vt auide accipiatur: præsertim tanta arte:  
tantoq; lenocinio commendatum. Itaq; s'pe eue-  
nit ( quod Augustinus monet in libro de utilita-  
te credendi ) : vt gloriæ: principatusq; causa: no-  
num dogma secuti: hæretici fiant. Nam si quis  
hoc Erasmicū iudicium : ( si tamen iudicium  
sit: & non magis disputatio ) animosus forte q;  
par est sequeretur: is certe hæreticus : & esset: &  
habereſ. Cæterū iam paucis præcipua capita hu-  
ius disputationis excutiam⁹. Putat expedire: vt le-  
ges: ceu pharmaca mutent. Ego ne licere quidē  
puto: in his legibus : que ex prescripto sunt dei  
cuiusmodi hanc esse postea patebit . Inde etiam  
patebit nihil ad hunc locum pertinere: an pon-  
tifex possit abrogare: quod ab ipsis apostolis  
est institutum . Nam hoc præceptum de non  
dirimendo matrimonio: dei ipsius decreto niti-  
tur: aduersus quod nihil posse pontificem: nez-  
mo dubitat. ( Sed non defuisse dicit: qui senserint  
dirempto legitime matrimonio: cū alia copulari  
posse. Origenem: pollētūm: Ambrosium nomi-  
nat. ) Nechis etiam assentior contra Christi sen-  
tentiam. Qj q; consentaneum est pollētiū palino:

diam cecinisse: tot modis victum ab Augustino.  
Ambrosius si hoc senserit: miror. Forte disputatione  
dolus: qui veteribus mos erat. Origenes nisi ad-  
modum allucinor: nihil pro eo: sed contra eum fa-  
cit. Nam quod dicit Origenem factum episcoporum  
non damnare: qui permiserint uxoribus: facto di-  
uortio: alijs viris nubere: plane contrariū est. Ver-  
ba Origenis hæc sunt. Scio quosdam qui præsunt  
ecclesijs: extra scripturam permisisse aliquam nu-  
bere: viro priori viuēte. Et contra scripturam qui-  
dem fecerunt: dicentē. Mulier alligata est: quanto  
tempore viuit vir eius. Item: viuente viro: adulte-  
ravocabitur: si facta fuerit alteri viro. Non tamen  
omnino sine causa: hoc permiserūt. Forsitan enim  
propter huiusmodi infirmitatem incōtinentium  
hominum: peiorum comparatiōe: quæ mala sunt  
permiserūt: aduersus ea: quæ ab initio fuerunt fa-  
cta. Hæc Origenes. Hic palam est videre damna-  
tos ab Origene episcopos: qui id permiserunt.  
Nam cū dicit: contra scripturam eos fecisse: quis  
dubitat sanctum virum: damnasse eos: qui fece-  
rint contra scripturam? Nec id quicq; iuuat: quo  
minus damnauerit: quod ait: eos non sine causa id per-  
misisse. Nō quicquid sine causa nō sit. statim ceu  
bene factum probari debet. Multa quidem fiūt  
non sine causa: & tamen nemo admittit ea esse bñ  
facta. Et tamē dubitat Origenes. Nam (forsitan)  
addit: dum causam explicat. At quam causam? Ut  
mala (inquit) permitteret: ne peiora fierent. Puta-  
bit ne Origenes permittenda mala: ne peiora fiāt:

## Nouæ Annotationes

quando apostolus non permittit : vt mala fiant  
quo eueniant bona? Et quid est ꝑ iudaicum víru  
appellat: qui sentit: licere viro: repudiata ob adul-  
terium vxore: nouum inire matrimonium? Nec  
id certe verum est: ꝑ Origenes non videtur addu-  
bitare: quin víro liceat: vxore legitime repudiata:  
nouum inire matrimonium. Nam plane contra  
sentit. Hæc sunt eius verba. Quaenam ratione adul-  
tera est mulier: qui legitime nubere videatur: ví-  
ro viuēte: eadem ratione & vir qui legitime videa-  
tur accipere dimissam ab aliquo víro: non accipit  
legitime secundum sententiam Christi: sed magis  
mœchatur: quasi alienam accipiens. (Deinde col-  
ligit ab æquitate: expedire ut hoc liceat: quin vero  
iniquum & crudele: ac periculosum esse: immeritū  
arcere a matrimonio.) Et cur hic magis iniquum:  
vel crudele: qui in virginibus deo consecratis: vel in  
monachis: vel in sacerdotibus: vel in viris: quoru-  
vxores perpetuo laborant morbo: aut captiuæ de-  
tinentur? Et quid hic iniquum aut crudele: quum  
hanc conditionem vterque coiugum volens inierit:  
ut pro quacumque causa nullasit alteri: alterius ma-  
trimonijs libertas altero superstite? Presertim quā  
do hoc vinculum postulabat necessario: sacramen-  
ti ratio. Nam ubi est matrimonium quod dirimi  
aliquo pacto potest: ibi non est sacramētum: ut di-  
cit Augustinus hac ratione probas: inter Joseph  
& Mariam vere fuisse sacramentum: quia nullum  
diuortiū. (At quæ (inquit) iniuria sacramēto si pau-  
corum necessitatibus succurrat?) Imo vero fit iniuria.

Quia vir & vxor sunt vna caro : sicut Christus & ecclesia sunt vnum corpus. Et sicut Christus nunc desinet esse caput ecclesiæ (etiam si usq; in finem non tollentur ab ea omnia scandala : & non sit futura tota pulchra : donec Christus tradiderit regnum deo & patri) sic pro nulla prorsus causa citra mortem: separatio debet fieri istius vnionis inter virum & coniugem. (Sed Sinagoga (inquit) repudiata: Christus ecclesiam sponsam suscepit.) Mihi videtur synagogam Christi matrem verius dici : q; sponsam: & synagoga ceu matre relicta : adhærere sponsæ ecclesiæ. Si ad duricem cordis Moses permisit libellum repudij: sed non sic fuisse ab initio dicit ipse Christus: nūquid putas Christum Moysil libertatem secutum: legem quæ ab initio erat cōtempnisse? (At quis vnq; (ait) audiuit fortunā puniri: si absit culpa: præsertim lege diuina?) Fortunam nescio quid dicat. Ego nullam puto. Omnia tribuo prouidentiæ. Nunquid legit irregularitates legis : statutam lege Mosi habere poenam: in quibus tamē omnis abest culpa? In Leuitico habetur. Qui tetigerit morticina: immundus erit usq; ad vesperam. Qui portauerit cadavera: immundus erit usq; ad vesperam: & lauabit vestimenta sua. Et mulier suscepto semine pariens masculum: immunda erit septem diebus: & triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Sanctum non tanget. Non ingredietur sanctuarium donec impleantur dies purgationis. Et leprosus omnitempore quo leprosus est & immundus: iubetur ma-

## Nouæ Annotationes

nere extra castra. Eunucus & bigamus: q̄ hodiere  
pelluntur a ministerio ecclesiastico: num hoc illis  
contingit vitio suo? Et rogo te: si mulier his vitijs  
laboret: quæ enumerat Hieronymus contra Iouia-  
nianum: si iracunda: si fatua: si deformis: si superba:  
si fœtida: addo etiam si suspicax: & zelotypa: nū  
innoxius & modestus vir: molestissimos hos mo-  
res necessario patiē sine vlla culpa sua? Sed quod  
ad continentia pertinet: si perpetuo morbo tenea-  
tur coniunx: quo concubitus impediatur: vel si ca-  
ptiuitas: aut vis aliqua separet: quum sciat maritus  
viuere vxorem: qua tamen vt̄ non liceat: sic censes  
iniquum: vt fraudetur vxoris vsu: vt eorum putemus  
aliam illi permitti? Si ob has causas torquetur de-  
siderio vxoris suę: nec tamen iniquum patitur: cur  
non etiam citra iniquum: repudiata vxore: prohibi-  
beri potest a nouo matrimonio? Proinde nō satis  
recte colligit hanc rem palam pugnare cum æqui-  
tate nutarali. Et certe: hic mihi videtur palam veni-  
re contra protestationem. Nam quis locus ecclie-  
siastico decreto: si palam pugnet cū æquitate natu-  
rali? Iam quo minus pontifex possit abrogare: qđ  
ab apostolis est institutum ( etiam si nihil ad hunc  
locum pertineat hæc disputatio ) videtur obstat  
caput ( Sacrosancta ) distinctione. xv. Nec illud qc̄  
q̄ suffraga: q̄ nūc moribus Christianis antiqua-  
tum sit: quod in celebri apostolorum concilio p̄:  
mulgatū est: vt ex paganismo cooptati in christia-  
nos: abstinerent ab ydolothytis: a suffocato ani-  
mante & a sanguine. Non poterat ferre decretū

Iacobus: q̄ prorsus abstinerent a talibus : quūm  
hoc plane esset contra Christi ipsius decretum:  
& contra libertatem euangelicam. Christus antea  
docuit. Non omne quod intrat per os: coinqū-  
nat hominem. Et petrus ab eodem monitus est.  
Quod deus purificauit: tu commune ne dixeris.  
Domini est terra & plenitudo eius: clamat Pau-  
lus. Sed quum videret Iacobus offendī infirmos  
adhuc iudeos hoc paganismi rītu: ceu bonus pa-  
stor scandalo occurrit. Hactenns quidem prohi-  
buit talibus vesci: quatenus iudei offenderentur.  
(Citat postea Ioannem Andreę: q̄ pontifici lice-  
at dirimere matrimonium non consummatum).  
At idem negat irritari posse per ecclesiam matri-  
monium cōsummatum: vt patet in regula actus le-  
gitimi: in sexto in mercurialibus. Idem: Antoni⁹  
de butrio: & Archidiacon⁹ in capitulo (Quapro-  
pter). xxvij. questione secunda. Idem: Benedictus  
super capitulo (Ex publico) de conuersiōe coniu-  
gatorum. Causam ponit hostiensis. Quum hoc  
vinculo representetur vnio Christi & ecclesiæ: si  
quacūq; rōne rumpi posset hoc vinculū: & Chri-  
stus etiā aliam sponsam despōnsare posset: quod  
(vt ille dicit) est falsum & h̄ereticum. Ex his pa-  
tet: post matrimonium consummatum rumpi nō  
posse vinculum: quacunq; de causa. Quum iam  
matrimonio consummato: plenior sit ratio sacra-  
menti vniōnis Christi ecclesiæ: vt patet per Au-  
gustinum: & Leonem papam capitulis. (Nō est)  
et (Quum societas.) xxvij. questione. ij. Sed vellet

## Nouæ annotationes

nihil minus hic licere: q̄ liceat in alijs præceptis  
& consilijs euangelicis: quæ eodem simul loco  
dantur Matthœi quinto. vt scilicet commodam  
possint recipere interpretationem. Hic prohibe-  
bit aliam interpretationem: q̄ quæ vinculum per  
petuum faciat: ratio sacramenti. Aliam causam  
ne quære. Nam hęc omnium præcipua est. Quod  
deus coniunxit: homo ne separet. Propter hoc  
relinquet homo patrem & matrem: & adhære-  
bit vxori: & erunt duo in carne vna. Hoc  
sacramentum magnum dicit Paulus: in Chri-  
sto & ecclesia. Et certe videtur mihi Christus ip-  
se palam præripuisse occasionem: ne alio liceat  
modo interpretari. Sic habet verba in Mattheo  
Accesserunt ad Christum pharisei tentantes eū:  
& dicentes: si licet homini dimittere vxorem su-  
am ex quacunq; causa. Qui respondens ait eis.  
Non legistis: quia qui fecit hominem ab initio:  
masculum & feminam fecit eos. & dixit. Pro-  
pter hoc relinquet homo patrem & matrem: &  
adherebit vxori: & erunt duo in carne vna. Itaq;  
iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo de-  
coniunxit: homo nō separet. Hęc primum Chri-  
stus. Hic iam ex interrogatione quæ subsequitur  
facile est diuinare: ex verbis Christi: collegisse iu-  
deos: id quod res habet: nullo pacto licere repu-  
dium. Propterea subinferunt. Si sint vna caro  
authore deo: adeo coniuncti: vt nequaq; separa-  
ri possint: quid ergo Moses mandauit dari libel-  
lum repudij: & dimittere? Respondit Christus.

Ad Corinthios. ad Corin Fo. CXVIII.

Ad duriciam cordis vestri : permisit vobis Mo-  
ses dimittere vxores vestras. Ab initio autem nō  
fuit sic : quasi diceret . Ego iam instauro legem  
que fuit ab initio . Non amplius licebit vobis  
dimittere vxores vestras ; id est : prorsus dīrempto  
matrimonio : aliam ducere . Quicunqz dimiserit  
vxorem suam : nisi ob fornicationem : & aliam du-  
xerit : moechatur . Et qui dimissam duxerit : moe-  
chatur . Et discipulorum etiam verbum confir-  
mat adeptam spem noui matrimonij innoxio :  
altero adhuc superstite . Si ita ( inquiunt ) est cau-  
sa hominis cum vxore : non expedit nubere . In-  
de liquet nullo pacto licere : ab homine dirimi  
matrimonium : quod deus ipse coniunxit . Et  
quo ne hoc liceat : fatetur se coniunxisse : & vnam  
carnem esse virum & vxorem : vt non sint nec esse  
possint ampli<sup>o</sup> : nisi vna caro . Et hanc puto vni-  
nem interpretatum Paulum : quem dicit . Vir nō  
habet potestatem corporis sui : sed mulier . Et mu-  
lier non habet potestatē corporis sui : sed vir : vt  
sit reciproca potestas : & mulieris caro viri sit : &  
viri contra mulieris . Sed & puto inseparabilita-  
tem cōiugum demonstrare eundem Paulum : quū  
dicit . Caput mulieris vir : caput viri Christus . Et  
sicut vir non viuit : si diuellatur a capite suo chri-  
sto : ( nam viuere mihi Christus est dicit Pau-  
lus ) sic nec mulier a capite suo viro cōtra mor-  
tem separari potest . ( Sed deus ( inquit ) dirimit  
quod recte dirimitur ) . Sed non recte dirimitur :  
quod deo prohibente dirimitur . At deus om-

nino prohibet quodcumq; matrimonium dñimi.  
(Sed euangelium ( inquit) non vetat iterare ma-  
trimonium : vbi iure dimiseris vxorem). Hoc  
certe verum non est: vt patet Marci. x. Quicunq;  
dimiserit vxorem suam: & aliam duxerit: adulte-  
rium committit aduersus eam. Et si vxor dimise-  
rit virū suum & alijs nupserit: mœchaſ. Idē Luca  
xvj. Omnis qui dimittit vxorem suam: & aliam  
ducit/mœchaſ. Et qui dimissam a viro ducit: mœ-  
chatur: His testimonijs nihil apertius. Et quo mi-  
nus hic suppleri possit: ex Mattheo (excepta cau-  
sa fornicationis) vt referatur ad totum sic. Quia  
cunq; dimittit vxorem : & aliam ducit excepta  
causa fornicationis: mœchatur: obsistit vt prius  
diximus: ipse Christi sermo cum phariseis. Vnde  
satis liquet: nullo modo posse omnino dimitti  
vxores: nouo initio matrimonio. (Sed an de hoc (i-  
quit) diuortio sensit christus: vt vterq; maneant in  
coniugatus: quando iudei: quibus respondebat  
nullum aliud nouerant diuortium: nisi quod adi-  
meret ius repetendi dimissam: & daret ius ducen-  
di alteram;) Nihil hoc impedit: quo min⁹ hoc sen-  
serit Christus: q; iudei aliud diuortium non no-  
uerant. Plane hoc nouum diuortij genus eos do-  
cet Christus: & vetus repudium irritat. Nam  
ab initio (inquit) non fuit sic. Hoc iam docentur:  
sicuti & alia multa: quę prius non audierant. Mo-  
ses eorum nihil ad perfectum adduxit. Et quid  
mirum si nunc noua audiūta Christo: qui dixit se  
noua facere oīa. Audiūt nunc. Oīs qui viderit mu-

lierē ad cōcupiscēdū eā: iā mœchat⁹ est ī cordes suo.  
 Nūc illis prēceptū est: vt nō resistāt malo: & vt ini  
 micos diligant. Hęc prius nō audierūt. Nec id cu  
 rauit Christus: vt Iudeoꝝ voto īnderet: sed vteuā  
 gelicā iustitiā traderet: pharisaicā aboleret. Et de  
 hoc diuortio sensisse Christū: Paulus ī hoc capite  
 pronunciat dices. His qui matrimonio iūcti sūt:  
 præcipio: non ego: sed dominus: vxorē a viro non  
 discedere: q̄ si discesserit: manere innuptam: aut vi  
 ro suo reconciliari. Hūc locum interpretatur Au  
 gustinus ad pollutum. Cur (inquit) dixisti apo  
 stole: si discesserit manere innuptam? Licut ne di  
 scedere: an non licet? Si non licet: cur præcipis di  
 scedenti: vt maneat innupta? Si autem licut: profe  
 cto est aliqua causa qua liceat. Hęc autem quæ sita  
 non inuenitur: nisi quā solam saluator excepit: for  
 niciatiōis causa. Ac p̄ hoc nō præcepit Apostolus  
 mulierem: si discesserit manere innuptā: nisi quæ  
 illa causa discedit a viro: qua sola ei licitū est disce  
 dere. Vbi enī dicit. (Præcipio nō discedere: q̄ si di  
 scellerit manere innuptā): absit vt cōtra hoc prēce  
 ptū faciat: q̄ sic discedit: vt maneat innupta. Nisi  
 ergo illa intelliga: cui licet discedere: nō aut licet  
 nisi a viro fornicante: quomodo iubet: innupta: si  
 discesserit: permanere? Quis est q̄ dicat: si discesserit  
 mulier a viro nō fornicante: innupta permaneat:  
 quū ei: nisi a viro fornicante: discedere omnino nō  
 liceat? Hęc Augustinus. Vñ liquet cogi: & mulie  
 re innoxiam: si discesserit manere īnuptā. Liquet  
 etiā q̄ a viro fornicante liceat mulieri discedere: vt

in hoc par sit cum viro cōditione. (Sed hic multa  
affert Erasmus: quo discutiat hunc locum. Primū  
q̄ supplendum sit: (excepta causa fornicationis)  
quasi dicat Apostolus. Qz si discesserit: excepta  
causa fornicationis: maneat innupta.) Imo etiam  
si ob causam fornicationis discesserit: maneat in-  
nupta. Nam (vt testač Augustinus) Apostolus  
de ea loquitur: cui licet a viro discedere. Non autē  
licet: nisi ob causam fornicationis. Quæ ergo dis-  
cesserit: etiam a viro fornicante: maneat innupta.  
Idem probat testimonia quæ supra citauit ex Mat-  
eo & luca. Omnis qui vxorem dimiserit: & aliam  
duxerit mœchatur. Si aliam duxerit (inquit Chri-  
stus) mœchatur. (Deinde dicit: q̄ hic nō videatur  
Paulus agere: nisi de leuioribus offensis: ob quas  
potissimum apud græcos: crebra fiebant diuortia  
Id (inquit) colligitur: q̄ reconciliari iubet. Nam  
quæ offendit: reconciliatur: quæ offenditur: placa-  
ri debet.) Apostolum de ea causa itellexisse docet  
Augustinus: ob quā solā licet discedere. At ob le-  
uiores offensas non licet. De his igitur minime in-  
tellexit. (Sed cur inquit recōciliari iubet si ipsa nō  
offendit: sed magis offensa est?) Etiā quæ nō offen-  
dit: sed offenditur: reconciliatur viro: si cum viro  
redeat in gratiam. Hoc est: si nolit innupta vivere  
cum viro redeat in gratiam. (Ad hæc (inquit). hic  
Paulus duntaxat de muliere loquit̄: q̄ huic sexui  
apud Iudæos nullum erat ius repudiandi. Virum  
tantum hortatur: ne ob offensas huiusmodi abi-  
ciat vxorem. Non addit autem: q̄ si discesserit: ma-

neat celebs: aut vxori suæ reconcilietur. Id enim  
 annotauit Ambrosius: etiam si Augustinus vult  
 ubiqꝫ par esse ius tam vxori qꝫ viro. Quod vt fortis  
 ter ac constanter assuerat: ita nō est quo certū do-  
 ceat.) Antea monebat supplendum esse ex Chri-  
 sti verbis: si quid sermoni desit apostolico. Quod  
 Paulus hīc non dicit: dicit Christus. Si dimiserit  
 vxorē: & aliam duxerit: moechatur. Maneat ergo  
 celebs: ne moechetur. Ethic locus probat: par esse  
 ius vtriqꝫ coniugum. Nam primum dicit. Omnis  
 qui dimiserit vxorem: & aliam duxerit: adulteriū  
 committit aduersus eam. Hoc ad virum pertinet.  
 Et vxor quæ dimisso viro: alteri nupserit: moecha-  
 tur. Hoc ad mulierem. Idem videtur innuere Pau-  
 lus: quum dicit. Vir non habet potestatem corpo-  
 ris sui: sed mulier. Nec mulier habet potestatem  
 corporis sui: sed vir. Hoc quid significat: nisi par  
 esse ius vtriqꝫ coniugum erga alterum: vt mutua sit  
 traditio potestatis corporū? Nec hīc Paulus tan-  
 tum hortatur virum ne velit abīscere: sed manda-  
 to Christi vrget: ne dimittat. Non ego (inquit)  
 præcipio: sed dominus. Et sub eodem præcepto  
 comprehendit (vir vxorem ne dimittat.) Quod  
 græce est (virum vxorem non dimittere) vt refera-  
 tur ad id quod præcedit: (nonego præcipio: sed  
 dominus) vt sit: si ad verbum reddatur. At coniu-  
 gatis præcipio: nonego: sed dominus: vxorem a  
 viro nō discedere: qꝫ si discesserit. maneat innupta:  
 & virum vxorem nō dimittere. Quod tamen me-  
 lius redditur: tum a veteri īterprete: tū ab Erasmo

Nouæ Annotationes.

ad vitādam amphibologiam. Et vir vxorēm ne dīmittat: intellige: etiam prēceptum domini ēst. Vn de satis apparet par esse ius vtriq; repudiandi: ita vt neutrī liceat nouum inīte matrimonium.

Annotatio. XVIII.

ij. ad co  
rin. xij. **S**Ed esto. Ego vos grauauui.) Er. Græce est. Sed stris codicibus emendationibus. Ed. Nullus co- dex quem contigit adhuc me videre: habet illam lectionem. (Ego vos grauauui.) Proinde eradi potest illa marginalis annotatiuncula: (Mendum mani- festarium in nostris.)

Annotatio. XIX.

Ad Ga  
lat. ij.



Voniam reprehensibilis.) Era. Po- stremo mihi plane videtur Iacobus cū suis in hac fuisse opinione: vt cre- deret legem Mosaicam: etiam post proditione euangelium: obseruandā Iudæis: quoad ceremonias quoq; si- cut admonuimus in actis. cap. xxj. Ed. Non ob- seruandam: vt diximus in actis: sed Iudæorum in- firmitati permissum: vt obseruarent: quoad fortio- res essent in Christo. Et ne arundo quassata con- fringeretur: censuit Christianos ex Iudæis sapien- tes libertatem euāgelicam: quum inter legis super- stitiosos versarentur: ob scandalum vitandum de- buisse illis infirmis adhuc in fide: accōmodare se- se. Ita tamen: vt nullam spem in Mosaicis ponerēt nec sentiret cum libertate Christi obseruāda esse. Id quod de Paulo apparet. Qui licet condescen-

dens infirmitati: se purificauerit: tamen scribes  
ad hebreos: libere proclamat. Translato sacerdo-  
tio: necesse est ut legis translatio fiat. Nec plane  
negabat: que sibi obisiebat a Iacobo: qd disces-  
sionem doceret a Moze. Censuit tamen cedendū  
infirmitati nouiciorum in fide.

## Ad Philipenses.

## Annotatio.xx.

Sse se equalē deo.) Er. Sc̄io ma Adphi-  
gnos authores Hilarium & Augu- lipē.ij.  
stīnum (vt ceteros taceam) sic inter-  
pretari. Non arbitratus est rapinā  
q̄ esset equalis deo. Nam quod erat  
naturae: nō putauit esse rapinæ: quū  
esset in forma dei: hoc est: quū vere eēt de⁹. Atq̄  
hanc pr̄cipuam habent clauam: qua conficiunt  
Arriani: qui solum patrem vere volunt esse deū  
(Et postea). Illud autē compertum: nusq̄ maiore  
vīm fieri scripturis: q̄ vbi cū herēticis agetes: nihil  
non detorquemus ad victoriā. Tametsi non vi-  
deo: quid hic propriē faciat aduersus Arrianos:  
qui nō negabāt dei filium: sed arbitrabantur pa-  
trem aliquo modo peculiari dici deum: quo fili⁹  
aut sp̄ritus sanctus non diceretur. (Et adhuc po-  
stea.) Proinde totus hic locus mihi videtur violē-  
tius detorqueri ad Christi naturam: quum Paul⁹  
hic agat de specie exhibita nobis. Ed. Quo min⁹  
possit prior pars huius loci ad Christi naturā hu-  
manam referri: videntur mihi ipsa apostoli verba  
repugnare: quum ea non demiserit se: nec exina-

## Nouæ Annotationes

niuerit: sed ppter humilitatē verbī: quā sponte su-  
scēpit: exaltata fuerit. Sermonis ordo hoc poscit:  
vt sic interpreteris. Qui quum deus esset natura:  
non gratia: nec rapina: sed omnino cōsubstātialis  
ac equalis: in tantum sese demisit: vt formā seruī  
creaturam suā: humanā naturā susciperet: factus  
homo: & homo quidē obediēs vscq ad mortē. Pro-  
pterea deus exaltauit illū: id est illā hypostasim: q̄  
duas naturas complectitur: dei & hominis: vt tñ  
hēc exaltatio proprie referatur ad alterā: id est hu-  
manā tantū. Nā diuīna exaltata nō est: nisi ppter  
vnionē cū hūana in eadē hypostasi. Hanc interp-  
tationē roborat: quod sequit̄. Et dedit illi nomen  
qđ est sup oē nomē: vt in noīe Iesu oē genu flectat:  
cœlestiū: terrestriū: & īfernoḡ &c. In noīe (inq̄t)  
Iesu. Hoc vero nomē pprie est hoīs: sicut Christ⁹  
nomē est & dei & hoīs: vt dicit Damascen⁹. Et hic  
arbitror Erasmū quū (christi naturā) dicit: addidis  
se (diuinā) sed id verbi īuria typographoḡ omis-  
sum: quū in Christo duę sint naturę. nō vna tātū.  
Nā sic innuisse illū plane id declarat: qđ sequitur  
(quū hic Paul⁹ agat de specie exhibita nobis) Sed  
q̄ nō videt: quid hīc locus faciat cōtra Arianos:  
mīror cur non videat. Plane multum facit. Nā vel  
hoc solo loco illos eo adegit Augustinus vt fatean-  
tur se doctos a Paulo: filium esse in forma dei: &  
non rapuisse diuinitatē: sed natura esse filium dei:  
& esse verum deum. Sed in eo qđ sequitur (equalē  
deo) ibi hērent: quū tamen potenter vrgeat Au-  
gustinus his verbis. Si confiteris dei formam: cur

non aperte dei filium deo confiteris equalē? Pro-  
 cul dubio: si forma filij: forme patris nō est æqua-  
 lis: non est verus filius. Scriptum est aut: vt simus  
 in vero filio eius Iesu Christo. Forma ergo veri fi-  
 lij: formē dei patris nō potest esse inæqualis. Hęc  
 Augustinus. Vnde apparet hunc locum non esse  
 infirmū aduersus Arrianos: quum apostol⁹ aper-  
 tissime dicat verbū esse equalē deo: quod Arriani  
 profsus negāt. Nam quē magnū deum ex eiusdē  
 Pauli verbis appellant: minorem tamen patre fa-  
 ciunt. Qz dicit compertum esse nunq fieri maio-  
 rem vim scripturis: q̄ quum contra hæreticos di-  
 sputantes: nihil non detorquemus ad victoriā.  
 Tale quiddam alio loco pro pelagianis: & alibi  
 etiā pro eisdem Arrianis visus est dixisse. Quod  
 non satis miror voluisse dicere: quū hoc sit impu-  
 tare veteribus: q̄ imposturis hæreticos vicerint.  
 Nam vim facere scripturis: & detorquere: quid  
 aliud est: q̄ scripturā repugnātem trahere in suam  
 sententiā: & perse rectam in nostrā rem detortam  
 facere. Hoc est fuso atq̄ prestigijs: atq̄ ementitis  
 vultib⁹ rem agere: nō Christi bellū gerere: sed dy-  
 boli: qui mēdax est & pater ei⁹. Gratū hoc sane pa-  
 trocinij oib⁹ hæreticis: vt dicāt detortū esse: qcqd  
 cōtra se afferaet. Si sic vīcim⁹: fundamētū aliud po-  
 nim⁹: q̄ christū Iesū. Nō ędificam⁹ supra petrā: sed  
 petrā demolimur. Quis nō verebit̄ hoc crīmē im-  
 pingere veteribus: qui in verius hac labem asperge-  
 re ecclesię sanctā: quæ veterum testimonijs: ac in-  
 terpretationibus vtitur contra hæreticos? Certe

H ij

## Nouæ Annotations

etiam si hoc verū esset: quod absit ut verum sit: christianus fuisset ac prudentius dissimulare: q̄ literis mandare: ne quod offendiculum detur euangelio Christi: ne hæretici patrocinio viri tam celebris post hac glorientur: quando etiam Paulus gaudet annuntiari Christum: siue per occasionem: siue per veritatem: ut quum malit spargi fidem a veris apostolis: non irritam tamen faciat: que sparsa est & a falsis. Nā fides Christi erat. Certe periculum est: si surgent posthac renouatores heresiū: ne hoc scuto muniti: veterum interpretamentis nolint constringi. Et vnde citra horum opem super petit facultas: eos superādi ex sacris literis: quum repulsa veterum authoritate: nullam nisi e re sua: interpretationem sint admissuri.

### Ad Colossenses.

#### Annotatio.xxj

Ad col-  
lossen.j



Erbum dei mysterium. Eras. Cur non addunth hic octauum sacramentum: qui quoties in scripturis sacramentis fit mentio: nolunt de septem illis dici. Edo. Hic plane caluniantur. Nemo tam ineptit. Sacramēta seu mysteria: quis negat plura esse q̄ septem? Sed tantū septē sunt: q̄ ecclesię ritib⁹: & suis quibusdā ceremonijs: ac sensilib⁹ signis: celebrantur. Nam hic etiam numerus sacer est: & in septem illis colūnis sacramento plenus.

### Ad Hebreos.

#### Annotatio.xxij.



T figura.) Erasmus Loquēs de verbo iuris: ex hoc verbo (inquit) na br̄. j. Ad He  
ta est magna digladiatio: q̄ Arria-  
ni exigerent tres hypostases: & ver-  
bum omousij non reciperent. Res  
indigna meo sane iudicio: ob quam  
oriens & occidens exitiabilī bello inter se confl-  
ictarētur: & orbis concordia turpiter scinderetur.  
Ed. Vt nullam puto satis idoneam causam ob quā  
pax Christi ecclesiæ rumpi debeat: ita hęc causa cō-  
tra Arrianos videb̄ mihi tam grauis: ac necessaria:  
vt nullum non discrimin subire: nihil non pati ec-  
clesia debuerit: poti⁹ q̄ hęc pestis Arrianica latius  
serperet. Nec vero si schisma secutū sit: hoc eccl-  
esiæ crimen imputandum est: sed pertinaciæ hereti-  
corum: qui sanam doctrinam non sustinentes: om-  
nibus ingenij: opum: ac fortunarum viribus repu-  
gnabāt: nullum non mouentes lapidem: vt impia  
heresim propagarent: vt pestilentissimum virus  
diffunderent. Id quum fieri non posset integra pa-  
ce ecclesiæ: eo prouecti sunt vesanię: yt nullos non  
tumultus fuscitarint: & christiano ferme orbi bel-  
la accenderint. Ita passim grassatū est in ecclesiam:  
seuitum est in sacra capita: in venerandos fidei an-  
tistites: nihil non tentatum contra catholicæ com-  
munionis pontifices: vt loco cederent: vt darent  
manus hereticis. Athi contra zelo fidei succensi:  
agnoscentes Christiani pectoris officiū: resistunt  
fortes in fide. Murū se opponūt pro domo Israel.  
Quinq̄ lapides e torrente scripturæ primum col-

H ij

## Nouæ Annotations

lectos: deinde e pera pastorali petitos: quinqviz.  
delicet Pauli verba: quæ præfert decē milibus ver-  
borum in lingua: in caput Goliath impingunt: ex  
probrantis acie dei viui. Quod ni fecissent: non  
fuissent fortes Israel: nō fuissent pastores: sed mer-  
cenarij: quibus curę non est de ouibus: non patres  
ecclesiæ: sed proditores: si vel cum Arrianis cōsen-  
tiētes: vel nō palam ab eis dissentītes: osculo im-  
pietatis: tradidissent Christum dominum. Non  
agnouisse eos Christus coram patre suo: qui non  
confessi sunt eum coram hominibus. Certe alter-  
utrum sequi necesse erat: vt vel fidem proderent:  
vel Arrianis tam obfirmatis in malitia: tam iuratis  
in hanc pestem: odio facti: scandala: exilia: proscri-  
ptiones: & ipsas etiam mortes: vel si quid etiā mor-  
te grauius sit: perpetrētur: inclinantibus præser-  
tim in Arrianam factionem: aliquot imperij Ro-  
mani principibus. Quid putas herbam fuisse por-  
rigendam Arrio: quo hic tumultus potuisset pro-  
hiberi: non fuisse resistendum: ne hisma sequere-  
tur? Non audis Paulum qui dicit: Oportet scan-  
dala esse: vt qui probati sunt: manifesti fiant in vo-  
bis? Quoties legis illum dum Christū prædicat:  
scandalo nequaque cessisse Iudæorum! Et Christus  
ipse: num doctrinam omisit: ne Iudeos scandalizaret?  
Num legis nihil pensi habuisse quia scandali-  
zati sunt? In. xv. capite Matthei: quum Christus  
phariseis exprobrasset: quia irritum facerent manda-  
tū dei: propter traditionē suā: & hypocritas appellasset: de quibus Isaías diceret (populus hic labiis

me honorat: cor autem eorū longe est a me (& post  
 ea) Sine causa colunt medocentes doctrinas & mā  
 data hominum: & deinde: conuocatis turbis dice-  
 ret. Audite & intelligite. Non quod intrat in os  
 coinqūnat hominem: sed quod procedit ex ore  
 hoc coinqūnat hominem: & apostoli accedentes  
 monerent. (Scis q̄ pharis̄i: audito verbo hoc: scā-  
 dalizati sunt:) statim respōdet. Omnis plantatio  
 quam non plantauit pater meus cœlestis: eradica-  
 bitur. Sinite illos. Cęci sunt & duces cęcorū. Cę-  
 cus si cęco ducatū pŕestet ambo in foueam cadunt.  
 quasi diceret Christus. Etiam quātūcumq; offen-  
 dentur Iudei: ego obibo mandatum patris mei: &  
 quod ille nō plantauit: eradicabo. Illorum cęcita-  
 te non prohibebor: quin excitabor magis: ne cęci  
 alios cęcos faciant: & pertrahāt secum in foueam.  
 Num par erath hoc exemplum imitari patres: qui  
 sub Arrianica erant tempestate: quum plantatio-  
 nem viderent: non patris cœlestis: sed īnīmici ho-  
 minis: qui superseminauit zizaniam: vt cōstanter  
 eradicarēt: nec sinerent latius propagari malum:  
 ne paulatim reptans multos in perniciē traheret?  
 Quā hodie fidē haberemus: nisi hī restitissent?  
 Q̄d diuersam ab ea quam nunc habemus? Nunqđ  
 hi tres deos natura diuersos introduxissent: imo  
 vero non tres deos: sed duos inaequales deos: nec  
 consubstantiales: & spiritū sanctū alterius dei crea-  
 turā? Et prorsus abolita fuisset cōfessio vnitatis i  
 trinitate: & trinitatis in vnitate. Nec deum vnum  
 crederemus: qui deum alterum Arrianicum ha-

## Nouæ Annotationes

beremus. Cōsentaneū est si semel inualuisset Arrianica apostasia: nemine repugnante: radices tam alte facturam fuisse: vt vix potuisset posterioribus sæculis exterminari: nam sic comparatum ē: vitia-  
ta hominīs natura: vt tenacius hæreant quæ mala sunt: q̄ quæ bona. Hoc compertum aliquoties in hæreticis: qui constantiores sunt pro sectis suis: q̄ pleriq̄ fidelium pro catholica fide. Itaq; nos hodie antechristiani essemus: ad inferos damnati: deo & superis inuisi. Quę si sint horribilia auditu: quid non debeamus illis heroibus: qui nullis non spretis periculis: christanam nobis fidē integrum seruauerunt: ne vllis peruersorum dogmatum pestibus cōtaminaretur? Etiam si ex illo nata sunt schismata: quid ad illos? Num tam exigui hæc res momenti visa est tibi: vt debuissent silere? Num contemptam oportuisse putas causam filij dei: vt conscientialis patri crederetur? Si defensam opor-  
tuit: quando tam pertinaces erant Arrianī: vt moriendum prius: q̄ cedendum decreuerint: si inde ecclesiæ concordia rumpebatur: non ecclesiæ hoc crimen est: sed Arrianorum. Ceterum quum fide integra: orbis discordia prohiberi non potuerit: agende sunt gratię his qui fidem tutati sunt: excedandi illi: qui orbis cōcordiā turpiter diruperūt.

## Ad Titum

### Annotation. XXIII.



Agnī dei & saluatoris nostri Iesu Ti.ij.  
christi). Er. Ita legi potest: vt vtrūq; pertineat ad Christum (dei & seruatoris) aut prius pertineat ad patrē: posterius ad Christum. Chrysostomus vtrumq; tribuit Christo: & itē

Hieronymus. exultantes aduersus Arrianos: ceu victores: quū sermo: plane sitanceps. Hęc in prō reeditione. Nunc addit. Imo magis pro illis faciat: q; pro nobis. Edo. Vt illud (magni dei) possit pertinere ad patrem: prohibet quod prēcedit. Expectantes beatam spem: & aduentum gloriae (sequitur) magni dei. Illud (aduentum gloriae) vrget: vt referatur ad Christum: quum de patris adventu nusq; legatur: de filiis autem aduentu s̄epe: vt ibi primo ad Corinthios. j. Qui & cōfirmabit vos vsq; in finem sine termino in die aduentus dominii nostri Iesu. & in Mathei. xxv. Quum venerit filius hominis in maiestate sua. Et Marci. xiij. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus: cum virtute multa & gloria. Nec est infirma occasio aduersus Arrianos ex hoc loco: vt meritio triumphare possint de Arrianis Chrysostomus: & Hieronymus: & si quialij hac authoritate nitantur: vt comprobent filium magnum deum. Nam plane magnus deus non est: nec etiam deus qui non est consubstantialis patri. Itaq; palam cōtra eos facit. Etenim si deus magnus est Christus: est & deus patri consubstantialis.

Nouæ annotationes

In Epist.ca.Io.j.

Annotatio.xxiiij.

Epist.  
ca.Io.j.  
ca.iiij.



Vis soluit Iesū). Er. Grēcī sic habet  
οὐ μὴ ὁμολογεῖ οὐσίαν χριστὸν ἐπ σαξκὶ ἐλλα  
θότα: id est q̄ nō cōfiteāt Iesum Chri-  
stū in carne venisse. Edo. Hæc ver-  
ba. (Omnis spūs qui soluit Iesum:  
ex deo non est): nostri codices ha-  
bent: q̄ epiphani⁹ græcus vetus author: in eo ope-  
re cui tripartita hīstoria titulo est: affirmat sua etia  
te fuisse ab hereticis: in quibusdam codicibus era-  
sa: qui volebant humanitatem Christi a diuinita-  
tate separare: vt purus putaretur sine deitate ho-  
mo. Quæ hæresis suos habuit: & authores: & fe-  
ctatores: Carpocratianos: Hebionæos. Theodo-  
cianos: & Paulianos a Páulo Samosethano: nec  
non & fotinianos: vt narrat Augustinus in li-  
bro de hæresibus ad Quotuultdeum. Verba  
Epiphani⁹ hæc sunt. Non mihi videiut Nesto-  
rius: neq̄ Samosethanum secutus Paulum: neq̄  
Fotinum: neq̄ purum hominem dixisse Chri-  
stum: sed sermonem tantummodo: quasi metuen-  
dum expauisse: & hoc passum: quia decenter non  
erat eruditus. Qui dum naturaliter eloquens fuīs-  
set: se putabat doctum: & libris antiquorum in-  
terpretum dedignabatur incumbere: omniumq;  
se meliorem putabat: ignorans quia i canonica lo-

annis epistola in antiquis exemplaribus habeatur  
(Omnis spiritus qui soluit deum: ex deo non est).  
Hunc enim sensum ex veteribus exemplaribus  
abstulerunt: qui separare volunt ab hominis di-  
spensatione: diuinitatem: Quapropter veteres in  
interpretes hoc ipsum designauerunt: quoniam alii  
qui adulterati sunt hanc epistolam: soluere homi-  
nem a deo volentes. **Hec Epiphanius.**

## Annotatio. xxv.

**T**res sunt qui testimonium dant in cœlo). Eiusdē  
Eras. In græco codice tantum hoc reperio de ca.v.  
testimonio tríplici: ὅτι τρεῖς εἰσὶν δι μαρτυροῦμεν τὸ  
πρενομα καὶ τὸ ὑδωρ καὶ τὸ αἷμα: id est. Quoniam tres  
sunt qui testificantur: spíritus: aqua: & sanguis.  
Ed. Et hunc etiam locum ab hæreticis adulteratū  
testat Hieronim⁹ in prohemiali ep̄la in septē epi-  
stolas canonicas ad Eustochium virginem: cuius  
verba subscribo. Estenī prima earum vna Iacobī:  
duę Petri: tres Ioannis: & Iude⁹ vna. Que si sicut  
ab eis digestę sunt: ita quoq; ab interpretibus: fi-  
deliter in latinum quoq; verterentur eloquiū: nec  
ambiguitatē legentibus facerent: nec sermonū  
se se varietas impugnaret: illo præcipue loco: vbi  
de vnitate trinitatis: in prima Ioānis epistola po-  
situm legimus: In qua etiam ab infidelibus trālla-  
toribus multum erratum esse a fidei veritate com-  
perim⁹: trium tantummodo vocabula: hoc est aque:

## Nouæ annotationes

sanguinis & sp̄iritus: in ipsa sua æditione ponentibus: & patris: filij q̄: ac sp̄irit⁹: testimoniu⁹ omittentibus: in quo maxime: & fides roboratur. & patris: & filij: & sp̄iritus sancti: vna diuinitatis substantia comprobatur. Hæc Hieronymus. Iam secum reputet Christianus Lector: an fas sit oracula putare: quæ græci codices habent. Superiori annotatione docuimus ex Epiphanius: decurtatā esse catholicā Ioānis epistolā: ab hereticis conatibus Christi diuinitatē ab humanitate diuellere. Hic rursus adducimus Heronymum contestantē: & aliā non leuis momēti portionē ab hereticis omittā: q̄ unitatē diuinitatis i trinitate: ifestabāt. Et vtrumq; hūc locum sic ab hereticis deprauatū: pr̄ebet nobis exēplar Erasmicū: tum in priore: tū in posteriore editione. Ut nō satī mirer: illū in tale exēplar incidisse: & sic iam bīs emisisse: incōsultis (vt par est putare) alijs exēplarib⁹ (quāq; impiū quiddam sapit in dogmatibus tam sacrīs: tāq; venerandis: & in locis fidei tam necessarijs tanta supinitas): ne dicā dīssimulato: si quid secus haberet cetera exemplaria. Nā Laurentius qui se profitebat vsum septē exemplarib⁹ gr̄ecis: nihil his locis offenditur: nec quicq; monet: quod tamen diligenter diminutum esse: vel variare inter se codices gr̄ecos. Nec enim tam contemptibiles loci sunt: vt præritos oportuerit: nisi forte conniuere volens loco rum errata in quibusdam codicibus: refartierit dā

na ex alijs: quo ne authoritatem minueret græcis  
 suis exemplaribus. In quo certe: si sic fecerit: pro-  
 bo hominis & iudicium: & diligentiam. Ut qui  
 in tam apertis mendis nec cæcutiuerit: nec hære-  
 tici hæc cornua: quibus sacram fidem impetant:  
 prodiderit: ne quidem insinuauerit. Nunc etenim  
 si resurgeret hæretorum impia turba: que Christi  
 suam diuinitatem prorsus adimit: si denuo ca-  
 pita exererent: ut in am profunde satis sepulti Ar-  
 riani: & cæteri hæretici: qui unitatem in trinitate  
 non confitentur: quod sibi placerent: quod gestirent: quod si  
 bividerentur triumphare: quod quibus olim telis: vel  
 maxime conficiebantur: nunc videretur irrita loco  
 cessisse: ut ne quidem vestigia illuc remanserint? Quan-  
 tum sibi applaudere testimonio horum exemplariorum?  
 Et quidem non immerito. Nam (exemptis his lo-  
 cis) scrutatus omnem scripturam: nihil tam praesens  
 tam irreprobabile: tam forte inuenieris. Ut etiam  
 si alibi saepe satis superque sit: unde conuincantur:  
 fuerit tamen ibi vt cumque contentioni locus: quoniam  
 hic nullus sit prorsus. Contra haereticum aduersan-  
 te unitati in trinitate: nusquam inuenieris testimonium  
 tam simplex: tam apertum: quod hoc est Iohannis: in hac  
 catholica epistola. Tres sunt qui testimonium dant  
 in celo: pater: & verbum: & spiritus sanctus. Et hi  
 tres unum sunt. Statim hoc prolatu obstruitur ha-  
 retico os: ut ne sibilare quidem ulterius audeat.  
 Hic nullo negocio viceris. Nullus est plane angulus:  
 quo diuertat. Si ex euangelio afferes (Ego & pater

Nouæ Annotationes.

vnū sumus ) adhuc manet scrupus de spiritu sancto. Ille scrupus hoc loco tollitur . Finge etiā qui clamet Christum purum esse hominem: nec habere in eadem hypostasi : cum humanitate diuinitatem. Si quærēs mille locos ex scripturis : nulus tam proprius erit: nec tam vnde quaquam obuians hæreticorum argutijs: nec tam accommodus: vnde elicias Christi hypostasim vtramque naturam & humanam & diuinam complecti : q̄ iste Ioannis sermo: qui alium sensum : si quis locum compingat: pati non potest. Omnis spiritus qui soluit Iesum: non est ex deo. Protinus: vt hanc profers: obmutescethæreticus. Nam si locum conferas: si vidreas illic omnia pertinere ad mysterium Christi: statim compieres hūc germanum sensum esse : nec alium esse posse: etiam quantumuis torseris: vt omnis spiritus qui separauerit diuinitatem ab humanitate: vel humanitatem a diuinitate in Christo: ex deo non sit. **Ho**ce est soluere Iesum. Audi quid præcedat hunc locum. Charissimi nolite omnisi spiritui credere: sed probate spiritus si ex deo sint: quoniam multi pseudo prophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse: ex deo est. Hic vides tractari mysteriū Christi. (Sequitur nullo sermone intermisso) Omnis spiritus qui soluit Iesum: ex deo non est. Omnibus probe perpensis: quem hic sensum erues: nisi quem veteres interpretantes interpretantur contra

hæreticos ut dicit Epiphanius? Si quidem contra hæreticos; palam est Ioannem hunc locum protrulisse. Et nunquid putas hic bis triumphaturos hæreticos: tum quod tam insignibus contra se testimonijs liberantur: tum quod fas arbitrabuntur in nos retinere crimen: quod sacræ scripture per nos vitiatae sint: quodque imposturis ac sycophantijs: nec non adulterinis testimonijs: contra se hactenus certatum sit? Ad hoc: contra nos citabunt hos græcos codices. Quibus si fidem faciet celebris authoris fama que eos emisit: malim alios prædiuinare: quid indeueniet: quod ut ego dicam. Certe nimisque timeo futurum formidabile schisma in ecclesia dei. Timeo ne iterum incidam in Arrianica tempora: & in nunquam satis deflendâ ecclesiæ sanctæ discordia. Sæpe fit ut noua ceu sacra amplectamur: & iudicium non ex rerum dignitate: sed ex authoris titulo expendamus. Quod si hic fiet: quid non sequetur tumultum: quid non factionum: quid non rixarum: quid non tempestatum? Namea est authoris existimatio: ut quid quis: ab aliquot etiam non infimatibus: vel authoritate sola impetrare possit. ut omittam fulmen illud eloquentiarum quo vel hosti persuadere solet. Et non nullos video vel solo nominis illius lenocinio captos: ut nihil præterea spectent: nisi quodis dixerit: hoc satis ratificare: ut velut oraculo blasphemiantur sibi. Iam viderit ecclesia an hæc tam parua sint ut contemni debeant. Exemplaria plus quartam mille: per orbem Christianum dispersa sunt.

## Nouæ Annotationes.

Omnia carent his testimonijs: quibus habet scriptura: nulla vel sanctiora: vel magis necessaria: vt cæteros locos taceam: quos sparsim annotauimus in græcis peius habere: q̄ in latinis exemplaribus. Et tamen: vt hæc noua præ veteribus in pretio ac delitijs habeantur: cum alia: tum illud in primis efficiet: q̄ noua accesserit orationis facies: & sermonis nitor: & veluti Erasmica quædam mundities. Siquidem hoc lucri reputabunt fecisse se: qui contemptis veteribus exemplaribus: his nouis in haerebunt: q̄ quum multas sermonis sordes euaserint: tū in hoc puro ac casto dicēdi genere plurimū profecerint. Deinde ea iā multorū animos inuasit opinio: vt si qd sec⁹ habeat græci codices q̄ nostrī a græcis p̄tinus codicib⁹ stet cōtra nīros. His si accedat typographorū cupiditas: q̄ vel modici lucelī gratia: qua vident hominum propensa studia: ilac ferantur: vt nihil non ex officinis suis audeant promulgare: propediem fiet: vt nullae prælis suis orbī daturi sint exemplaria: nisi ista: quando multo maximam doctorum & indoctorum partem: alium alio nomine istis exemplaribus viderint inhiantem. Et quis librum tam auide amplectitur: quem nolit quanto potest studio tueri. At hunc tueri nemo potest: nisi simul detrahatur veteribus libris: fidem: authoritatemq;. Porro quum deus aliz: quot sibi relīcturus sit semper: qui non curuabant genu ante Baal: hi fortiter contra prophanata ab hereticis exemplaria stabunt pro zelo domus dei.

Sic pugna erit i ecclesia dei. Agitabitur nauicula  
Petri fluctibus. Orbis discordia miseranda seque-  
tur: vt non temere timeam futurum quod Chri-  
stus prædixit: tempus quale non fuit ab initio us-  
q; tunc. Meminerit igitur ecclesia iniiciis occur-  
rendum: ne qui fumus esse cœpit: fiat ignis: & ta-  
lis ignis qui nō facile extinguetur. Meminerit sæ-  
pe medicinam sero parari. Ignis paulatim irrepēs  
tandem omnia consumit. Proinde opus est: quin  
& tempus est: vt vigile pastor in ecclesia! Adhuc  
deo aspirante satis spei est: quando nondum fu-  
mus peruenit ad flammarum: Non dormitabit neq;  
dormiet qui custodit Israel: si nō dormitauerit ne-  
q; dormierit speculator in Israel.

ΟΠΟΙΑ Η ΛΛΗΘΙΝΗ ΠΙΣΤΙΣ ΗΜΩΝ

ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΗΓΟΥΝ

Η ΘΕΟΤΗΣ

πατήσ	ὑός	καμεῖμα ἀγίον
I	Θεός εῖσθι	ἀρόσφακ τρία
II	δύσια μία	υκόσαστισ τρεῖσθι
III	Φυσισ μία	ἰδιότητεσ τρεῖσθι
IV	μερφή μία	χαρακτῆρεσ τρεῖσθι
V	βασιλεία μία	αρχαι τρεῖσθι
VI	λόξα μία	ασμπρότιτεστρεῖσθι
VII	Διραμισ μία	κυριότητεσ τρεῖσθι
VIII	βούλησισ μία	ἐμέργιαι τρεῖσθι
IX	χάρισ μία	επιγράστισ τρεῖσθι
X	πίσισ μία	ομολογίαι τρεῖσθι



Anc confessionē nescio quo autho-  
re: inuenio in secunda editione eras-  
mica: quam vehementer optarim ex  
planari. Quo minus mihi assumam  
eius interpretationē: terrent me no-  
ni si me fallat iudicium. Malim igitur: vt Erasmus  
vel author ipse: si quis alius in viuis sit: eam nobis  
ædifferat: ne vel in pingamus in tam profunda:  
vel alienæ fidei videamur nimium curiosi explora-  
tores. Præsertim: quando forte sermonis impieta-  
ti commoda possit interpretatione succurri. Ne  
tamen laruis: aut vmbbris: videamur territi: & qd  
nobis sapiat hæc confessio: partim interpretabi-  
mur: citra tamen preiudicium authoris: si quis se  
authorem velit profiteri: aut authoris patrociniū  
velit suscipere. Mihi sane a quarto loco: & deinceps  
quædam sunt absurdæ: si tamen non allucinor: q=dam  
non intellecta. Quod primum ponit: pater:  
filius: spiritus sanctus. vnuſ deus/ tres personæ: de  
inde: substantia vna: subsistetie tres. & tertio loco  
natura vna: proprietates tres: bene habet ac catho-  
licū est. Sed quod quarto loco: formā ponit vna:  
characteres tres: hic nescio an sane philosophetur  
author hic. Nam vt liceat nobis græcum verbum  
(characteres) latine reddere: vel figuræ iuxta vete-  
rē interpretē capite primo ad Hebraeos: vel expre-  
ssas formas: iuxta Hieronymum quem citat Eras-  
mus eodem capite: non puto hanc appellationē  
cōuenire patri: vt figura dīcat: vel forma expressa:

Nec puto in scripturis hunc sermonem haberi nisi de solo verbo. Nec tamen inde argumentor non posse competere & in spiritum sanctum: ut & forma expressa vel figura dicatur. Certe non memini me apud veteres huc sermonem de spiritu sancto legisse. Nec propriè mihi videtur posse dici: nisi de solo filio: quia a patre exit: non quomodo datus sed quomodo natus: ut dicit Augustinus de trinitate: qui & expressissima imago est: seu substantia: seu subsistentia patris. Quod quinto loco sequitur (regnum unum: principatus tres: vel principia tria) Si tres personæ tres habent principat: vel sint tria principia: tres sunt principes: & consequenter tres dij: tres rerum creatores: administratores: gubernatores. Contra Paulus clamat in epistola ad Romanos. Ex ipso: & per ipsum: & in ipso sunt omnia. Ipsi honor: & gloria in secula. Et in epista ad Ephesios: unus deus & pater omnium: qui super omnes & per omnia: & in omnibus nobis. Et Moses unum principem: ac creatorem omnium testatur. Nec minus tamen confitetur personarum pluralitate. Nam qui prius refert deum dixisse: faciamus hominem ad imaginem: & similitudinem nostram: in quo utrumque aperte insinuat: personas plures: & creatorem unum: idem postea expressius dicit. Videlicet deus cuncta que fecerat: & erat valde bona. In quo unum ponit omnium creatorum: principem: ac principium. Quod si unum principium: & unus princeps: unde etiam est principatus. Deinde quod sexto loco ponit. Gloria una: splendores vel claritates tres. Ethicè credo

patrem qui a nullo exit: sed est deitatis principium  
 non posse dicis splendorem: sed proprie hoc conuenire filio: quem apostolus ad haebreos appellat  
 splendorem gloriae patris. Splendor & claritas ex  
 alio nascitur/ non ex se subsistit. Si tamē placet in-  
 ter attributa essentialia: quae vocant: numerare:  
 (nam & filius legitur clarificare patrem): vnum est  
 splendor/vna est claritas: quum in deo omnia vnu  
 sint: excepto eo quod dicitur relative: vt dicit Au-  
 gustinus de trinitate. Item quod septimo loco fa-  
 cit vni potentiae respondere tres dominationes:  
 siue tres authoritates: doceo ex sacris literis/tres  
 personas vnum dominum dicere. Vnus domin⁹  
 (inquit apostolus) ad Ephesios. Idem in Esaia: &  
 in reuelatione Ioannis. Sanctus/sanctus/sanctus  
 dominus deus &c. Et in symbolo Athanasij: qđ  
 vniuersa canit ecclesia. Non tamen tres domini:  
 sed vnum est domin⁹. Si vnum dominus/ vna domi-  
 natione/non tres dominationes. Iam octauo loco  
 e regione voluntatis vnius: ponit actiones: siue  
 actus tres. Moses contradicit. Vidit de⁹ omnia qđ  
 fecerat &c. Si vnum deus creator vna creatio. Et  
 filius dicit. Pater meus usq; modo operatur: &  
 ego operor. Et iterum. Pater in me manens ipse  
 facit opera. Nescitis quia ego in patre: & pater in  
 me ē. Et ne quis diuisam arbitret operationē: alio  
 loco doceō. Omnia que habet pater/mea sunt. Et  
 iterū. Ego & pater vnum sumus. Si singulē perso-  
 nē singulas habeāt actiones: vel est impotentia in  
 singulis: vel superuacanea actio. Quod sequitur

nono loco: charitas: vna cognitio[n]es tres: nescio  
quo referatur. Nam si ad personas diuinis: illarū  
vt est vna charitas: qua omnia amant: ita vna est co-  
gnitio: qua omnia cognoscunt. Si ad homines:  
illorum vt diuersæ sunt cognitiōes: quibus deum  
cognoscunt: sic diuersæ charitates quibus erga deū  
afficiuntur. Parī modo: quod vltimum tenet locū  
nequaq̄ intelligo. Videtur tamen nisi ad homines  
posse referri: q̄ fidem dicit vnam: cōfessiones tres.  
Si sic loquitur vt fides vna in hominib[us] respon-  
deat vni deo: & tres confessiones tribus personis:  
aliud docti sumus a Christo in euangelio. Ioan-  
nis. Qui honorificat filium: honorificat patrem.  
Creditis in deum (scilicet patrem) & in me credi-  
tis. Et in epistola Ioannis canonica. Qui negat fi-  
lium: nec patrem habet. Qui confitetur filium: &  
patrem habet. Qzq̄ hoc non habet gr̄cum tuum:  
sed n̄ fallor erasum: ab hæreticis. vt alia quædam  
in hac epistola. Et iterum. Qui credit in me: non  
credit in me: sed in eum qui misit me. Qz si qui cre-  
dit in patrem: credit & in filium: & qui credit in fi-  
lium: credit & in patrem: consequēs fuerit: vt qui  
confitetur filium: confiteatur & patrem: & qui pa-  
trem confitetur: confiteatur & filium: & qui pa-  
trem & filium confitetur: simul & sp̄ritum sanctū  
cōfiteatur: quia non sunt sine coæterno amore: pa-  
ter & filius. Proinde mihi videtur: vna esse trium  
personarum in vna deitate confessio: cui est gloria  
sempiterna. Amen.

Edouardus Leeus Desiderio  
Erasmo Salutem.

**G**Am statuo esse commodissimam ra-  
tionem Desideri Erasme: qua respō-  
deatur illi epistolæ tuæ: quæ nuper  
Basileę excusa: antea apud bibliopō-  
las prostaret: q̄ ad meas manus tota  
peruenerit: vt eius periodos: cola: ac  
commata: singulatim exutiam: præpositis primū  
ipsiis verbis tuis: subinde nostra statim satisfactio-  
ne apposita. Sic fiet: vt & ordinē tuæ epistolæ sim  
seruaturus: nec multa etiam omissurus: quæ admo-  
dum ad rem pertineat. Sic ergo ordiris.  
Qz a nobis dissentis alicubi: non admodum Era.  
egre fero: semper hoc licuit inter eruditos: in colu-  
miam amicitia. Qz istis rationibus rem tractas: demī  
rabor si q̄sq̄ vir grauis p̄bet: qñ nec ip̄e probat D.  
Ioānes Briareus Ateus: tui (vt par est) amātissim⁹.  
Si dissentire licuit in columni amicitia: cur has tra- Edo.  
goedias moues: nulla prorsus alia causa: nisi q̄  
dissentiam? Porro quibus rationibus tracto rem:  
quas nec probet Atenīs: non agnosco: nec credo  
illum agnoscere. Nam quæ postea in hac epistola  
contra nos exageras: suis locis diluemus. Sed q̄  
Atensem mei (vt par est) dicis amantissimum. Ego  
terte ne tantū adhuc ab illo meritus sum vlo meo  
officio: vt me vel vulgariter amet: quū cōtra illi a  
me debeatur: nec minus a te ipso: q̄ tam candide:  
vtriusq̄ nostrum hortatu: suscepit prouincia cō  
fēdi meas annotationes cū tua secūda æditione.

Id quod perfecturus erat: si per te licuisset.

Era. In tot milibus annotationum: in tanta sententia:  
rum: aut ingeniorum varietate: quid nouum aut  
mirū: sic ubi vidisses: quod me fecellit: aut tibi mi-  
nus placeret: quod mihi non displicuisset?

Edo. Plane (ut dicis) nihil nouum aut mirum: & eo ma-  
gis miror te: quum nulla prorsus sis re offensus  
tam odiose contra me ferri.

Era. Quis autem probaturus est: q̄ tam subito ex ami-  
co factus hostis: in absentem scripsiteris: quum nec  
lacefatus essem iniuria: nec vñq̄ expostulasses cum  
præsente?

Edo. Erasmo nec adhuc quidem hostis sum tot iniū-  
rijs lacefatus. Hostibus tuis tam sum infensus:  
vt extermicare cupiam: si quo modo possim: hoc  
est et ratis tuis. In absentem nō scripsi. Nam prius  
q̄ cōcederes Basileā vt denuo emitteres opus: an-  
notationes meas ad calcem produxi. Id quod teip-  
so nemo meli⁹ nouit: qui ante discessum hinc tuū:  
omnes videris. An villa fuerim lacefatus iniuria:  
viderit equus qui uis: qui nostrau lecturus est apo-  
logiam. Et tamen animus nō erat par pari referre:  
nec adhuc est. Cum præsente expostulassem: si va-  
casset verba prodigere. Nam quis nescit Erasmū  
posse nigra vertere in candida?

Era. Quod ni veterem æditionem scripsiteris: quum  
scires me adornare nouam: q̄ opus tuū per omnia  
monasteria sparseris. Præsertim ubi scires esse: qui  
mihi parum bene vellent: q̄ ijs modo communica-  
ris: quos noueras iniquiores esse Erasmo: q̄ nunq̄

prouocari potueris: nec A tensis authoritate: vt  
mihi voluminis tui faceres copiam: imo nead hoc  
quidē: vt voce vel vnū proferres locum quem rep̄-  
heudisses: q̄ virulentis cōuicijs: imo mēdacijs op̄  
passim asperferis (id enī affirmāt qui viderūt: neq̄  
reclamāt paginę: quas ītercepī.) q̄ nusq̄ nō p̄dicas  
aciactitas sexcenta loca abs te reprehensa: nec vni<sup>9</sup>  
facis copiā: queso vnde istud exemplū: vel grauita-  
tis: vel animi christiani?

Ego in veterē editionē scripsi: id est veteris editio- Edo.  
nis: quę mihi videbantur errata: annotauit: nō fa-  
cturus: nisi ad hoc ipse: nec semel tantū miris p̄stī-  
gijs me incantasses: Aedere nunq̄ instituerā: nisi  
tutis c̄rgeres. Nullū orbis monasteriū exēplū ha-  
bet: qđ sc̄iā p̄ter duo. Alterū si habet: vt aut nulli  
aut non multis cōmunicet. Alterū vt mihi: sicuti  
mea oia quę in illi<sup>9</sup> fide sunt: seruet. Nā sic hoīes  
sum<sup>9</sup>: vt & nugas nostras exosculemur: nec sinam<sup>9</sup>  
perire. Nulli cōmunicauit: quę sc̄irē tibi iniquiore  
esse: aut tibi male velle. Imo vero (vno A tensē ex-  
cepto & aliquot notarijs) his tātū: aut q̄ amici tibi  
sint: aut q̄ te ne de facie qđē noscāt. Nā Morus &  
Latimerus amici sunt: & Roffēsis tuo cōsensu vo-  
lumē habuit. Necerat cur A tēsis authoritate: vel  
cuiusq̄ alteri<sup>9</sup> puocari debuerit: vt volumē meum  
tibi traderē: q̄ p̄t̄er meas insidias nihil cogitasti.  
Vt dixi animus nō erat ædere. Etiā si ædere voluīs  
sem: nulla tum libri erat facies: nihil edolatū ex-  
sciatumue: nihil concinnatum: perfectū: nihil in  
toto opere erat. Qz si volumen in tuam potestate

fuisset nactus: mihi integrum postea non fuisset demutare quicq;: imo in tuo iam fuisset arbitrio: rude ac deforme opus publicare: quum velles. Itaque me: quod nulla non arte parabas / symi fecisses: ac fabulam vulgo. Voce quidem: ac scriptis multas annotationes impartisse me: non satiris miror tam impudentem esse te; vt inficiari possis: quum apud me sint responsiones tua manu scriptæ. Et quid non ostendissem: nisi tu egre tulisses amicam monitionem? Atque id quidem testabunꝝ aliquot responsiones tuæ. Reliquarum vero quas ipse nō misi factam tibi copiam a meo proditore: ipsius proditoris epistola ad te missa: sed quæ nūc in manib; meis est: apertissime probabit. Sed scio cur inficieris te quicq; vidisse. Id prorsus caues ne vel iota per me profecisse videare. Et tamen hac parte contra te reclamabit aliquot locis secunda æditio tua. Nam & hic vere cundiam exuo: vt mea tum agnoscam: tum repetam: quæ mea esse tam ingratus homo non agnoscis. Virulentis conuictis nullo loco vtor. Si paulo liberior sum alicubi quæ tu velles: non sine exemplo id feci: quum res sickeret. Nec puto Christum conuictio: sed castigatione usum: quum pharisæos vocat ypochristas: ac sepulchra dealbata: nec Paulum: quando Ananiæ dixit. Percutiet te paries dealbate. nec Polycarpum Ioannis apostoli discipulum: qui Marcioni perconctanti: an se cognosceret: respondit. Cognosco primogenitum satanæ. Paulus iuu-

Fo. CXXXIII.

bet peccantē corā oībus: corā oīb⁹ increpari. Et tam  
men ego nusq̄ hoc mihi sumo: vt te increpem. Li-  
bere moneo: quid me offēdat. Alīcubi volui tere-  
uocare ob oculos tuos: qui mihi tui ipsius oblitus  
vīdebare. Sed q̄ mendacia obiūcīs: insanum fuerit  
mentiri in opere quod orbis leget. Et quanq̄ tu id  
facis: nō inde mihi sumam exemplum. Imo quod  
coniectura tantū vīdebar consecutus: sub specie  
coniecturæ: & non certæ cognitionis profiteor.  
Si deprehenderis: vel uno loco mendacium feci-  
se: (nam mentitum non esse: certo scio: nec tamen  
tamsum semper mei compos: vt nihil possit mihi  
excidere) monitus recantabo. Nam certe hoc fœ-  
dissimum est publice mentiri: quod miror te ali-  
quoties facere: hominem & theologum: & mona-  
chum. Nusq̄ iactitauī sexcenta loca a me repre-  
hensa. Hoc fingis vt cætera. Exemplum mei facti  
accipio ex sacris līteris. Si peccauerit in te frater  
tuus: corripe eum inter te & ipsum. Si te non au-  
dierit: adhibe vnum vel duos testes. Si nec illos:  
dic ecclesiæ. Hunc ordinem adamussim obserua-  
ui: vt nunc frustra tentatis duabus prioribus vi-  
is: tertiam cogar inire: ecclesiæ dicturus.

Si prodesse vis omnibus: cur non ædis? Eraf.  
Vt in mea mea esset felicitas: vt prodesse possem. Ed.  
Certe vellem. Sed quominus liceret: quum vel-  
lem & tentarem: idem: qui nunc virges vt ædam:  
bis obstitili. Primū inturbato negocio: quum  
iam characteres essent compositi ad primū prælū.

Deinde ita Fascinato altero typographo: quicum  
mihī postea conuenit: vt qui primo de ea re sermo-  
ne: videbañ ambire opus/ postea tradita illi abs te  
paraphrasí ad Timotheum: nullas vellet e quas cō  
ditiones recipere: ne quidem eas: quas antea ipse  
sua quidem spōte obtulit. Si tanto pere cupiebas  
annotationum nostrarum æditiōnem: quum sc̄i-  
res cum hoc typographo iniſſe me tractatū: imo  
& iam pactum esse de quibusdam articulis: cur pa-  
raphrasim obſtrūſisti: & illi typographo: quicun  
antea nulla tibi erat consuetudo: quin vero cui  
antea (vt aiunt) nō satiſ faueras: q̄ domini Iacobi  
Latomi dialogum typis suis emiserit. Si tibi tam  
cordi erat liber meus: cur mihi bis clausisti offici-  
nas? Ego prorsus decreueram nullo sumptui par-  
cere: quo edereñ. Nec te credo sumptui pepartisse  
quo rējceretur. Siquidem non puto tam negligē-  
tes esse sui compendij typographos: vt gratis tan-  
tum lucrī vellent amittere.

Eras.  
Ed.  
Eras.  
Edo.

Si me docere vis: cur solus non impetro: vt legam.  
Ego te docebo: qui omnes veluti cum imperio do-  
ces: & cornicū (quod dicitur) oculos configis?  
Si tibi scripsi: cur tam late volitat liber?  
Imo vero magis tibi scripsi: q̄ mihi. Nam meum  
cōmodum nullū est: nisi q̄ nūc p̄ cotidiana plusq̄  
semestri opera: odiosissime abs te ifamor. Tu quā-  
tum inde commodi asscutus es: iudicabit secūda  
æditio. Q̄z tū p̄terea potuifles: indicauerit lector  
Liber non late volitat. Nam qui ante æditioñem  
viderint: in toto orbe nō sunt viginti. Qui exem-

plaria habuerūt extra man<sup>9</sup> meas: neq; dē quatuor.  
 Si diffidis operi tuo: cur sic vbiq; iactas? Si fidis: Era.  
 cur anxius es ne quis legat: nisi qui mihi parum  
 sit æquus.

Lectoris iudicio librum permitto. Ego nec vs: Edo.  
 quequaq; diffido operi: nec tamen mihi ipsi satis  
 fido: neq; tanti æstimo opus: vt vbiq; iactem. Nū-  
 q; hactenus tam placui mihi: quin voluerim alio-  
 rum subire censurā. Idem si ipse fecisses: non iam  
 ageremus hanc tragœdiam.

Ita dum me traducis apud eos: qui tibi iurati: Era.  
 mihi male cupiunt: nec me reddis meliorem: & il-  
 los inficis.

Non ego te traduco apud eos: qui mihi iurati: Edo.  
 tibi male volunt. Atensis quum meum librum ha-  
 beret: tibi amicus erat. Postq; sensi resilire te a cen-  
 sura: librum e manibus illius reuocauī. Roffensis  
 nec mihi iuratus est: nec tibi male vult. Vvinchel-  
 combensis nemini male vult. Te credo nūq; vidis-  
 se. Et certe est summorum ingeniorum & bonarū  
 literarum admirator. Oueriensis meus nulli com-  
 municat. An ex nostris laboribus melior effectus  
 sis: id est p̄ficeris. viderit lector. Certe per me ne-  
 mo infectus est: id est deterius de te sentit: q; merea-  
 ris. Nam vbi ego a te dissentiens bene sentio: cur  
 nonsentiantur etuditi mecum? At si a te dissentiens  
 male sentio: nō tā suffenus sum vt velim mecum sen-  
 tire quēq; cōtrate. Mihi semp lucro fuerit doceri.  
 Quid quod interim nec tuæ gloriæ quam hoc tuæ Era.  
 multu venaris non satis recte consulis? Si statim

VXXX.  
ædidiſſes opus tuum: omnes admirati fuissent p:  
dīgiosam ingenij tui felicitatē: qui pauculis men-  
ſibus: tātum græcitatis & hebraīsmi deuoraris vt  
tuo iudicio nihil sapiat in græcis Erasmus: in he-  
braicis Hieronymus: si tamen hæc est illius trans-  
latio: nam id honoris gratia ſoles addere: ne parū  
tribuere videare Hieronymo. Imo aiunt te mox  
triduo postq̄ hebraiſſare cœperas: mlt̄a damnasse  
in capnione: nonnulla etiam in capitone.  
**Edo.** Si gloriām ſit issem: proxima ad eam via erat: a te  
nō diſſentire: ſed comice ludere: ait: aio. negat: ne-  
go. Hoc eſt: quod immortalitatis patronus pri-  
mo noſtro colloquio: & item poſtea: nec tantum  
ſemel: pollicebare: redditurum tē meum nomē im-  
mortale: ſi te in hoc opere iuuarem. Id quum ego  
interpretarer: ſi ingenue: quū m̄ res moneret: diſſen-  
tirem: tu contra: ſi ad blandiret & admirarer quid-  
uīs abs te dictum: nec vlo pacto conuellem.  
Quod me ſtupidum fefellit. Alioqui iam habi-  
tus eſsem tuo albo ſuffragio immortalitatis. Id ve-  
ro ſcilicet mīre prodigiosum fuerit: ſi potuī paucu-  
lis mensibus adeo profeciffe: vt iudicare licuerit  
hęc verba græceſi haberi: vel non haberi: id quod  
tantum mihi ſumo. Sed id parum nimium tibi  
ſum eſt: q̄ toties moneo: te contra fidem exempla-  
ris tui annotaffe: oſcitanter ne an de industria: alij  
viderint. Erasmus nunq̄ ſensi parum ſcire græcer:  
imo tantum quantum omnibus meis fortunis nō  
grauatim redimere vellem. Ne eſt tamen p̄e gre-  
feras: ſi ſint qui quosdā tibi præponat: aut faltem

quent. Nec id tamē arrogo mihi: vt iudicare pos-  
 sim: sed sic quorumdam fert opinio. Nec tamen  
 de hac re digladiabor. Nec vñq̄ dixi Hieronymū  
 nihil sapere hebraice. Insanus plane essem: si sic di-  
 cerem. Certe non inficiabor dixisse me olim tibit  
 quum varijs de rebus confabularemur in templo  
 diui Petri Louanijs: videri mihi toto diametro ali-  
 cubi distare a veritate hebraica: quod in templis ca-  
 nitur psalterium: & non satis mirari me: si Hiero-  
 nymi esset. Hic si quid peccauit: monitus ab hebrai-  
 ce docto: paratus sum dare manus. Et q̄ Christia-  
 ni pectoris hoc est: quod non male: nec arroganter  
 dixi: calumniæ miscere. Si ego par pari vellem re-  
 ferre: credis te nūq̄ in sinum meum effutisse quod  
 nolis publice spargi? Sed q̄ narras: nescio quibus  
 authoribus (nam aiunt dicis) me mox triduo post:  
 eaq̄ hebraissare cooperā: multa damnasse in capnio  
 ne: multa in capitone: miror si quisq̄ tam perfrictę  
 frontis sit: vt id: pene omnibus quibuscum coti-  
 die versor: notum mendacium: tibi potuerit refer-  
 re. Ego capnionem capitonemve damnum? Quid  
 omnium magis alienum sit a meo iudicio: q̄ vt  
 præceptores meos in lingua hebraica: quos nunq̄  
 sati veneror: damnum? Illum ceu parentē linguae  
 hebraicæ apud christianos: huc vt felicissimum  
 hebraicę grāmatics cōcinnatorē: vtpote qui rudi-  
 menta tam generose tradiderit: ac tam scite redege-  
 rit in ordinem: vt nihil mihi desyderetur. Horum  
 alteri: si cōsummate doctū requiro: plusculum for-  
 te tribuerim: q̄ cuiq̄ alteri. Alterius ingenij felici-

tatem s̄epe admiror: qui cum optimis literis: id est  
sacris: trium linguarum peritiam nō vulgarem cō-  
iunxerit. Sed facile agis: quod semper soles agere.  
**H**æc fabula tibi perpetuo tractatur: vt mihi inuis-  
diam facias apud omnes doctos viros. Bis iam de-  
pinxisti me tanq̄ trium linguarum hostem: quum  
nihil minus sim. Nūc obijcis procacitatem in do-  
ctissimos viros: quum nihil sit minus verum. Te-  
stes adhibeo conuictores meos. Ecquid his ratio-  
nib⁹ videri vis: me docere Christiani hominis of-  
ficiū: qui nec sycophatijs parcas: quo meum no-  
men doctis viris odiosum efficias? Vbi hoc exem-  
plū grauitatis aut Christiani pectoris bone Eraſ-  
me? Ego si quid tibi certo obiecturus sum: nisi nō  
dubia pertulero eorum quę dicturus sum testimo-  
nia: succubui. Literas tuas: & chartulas quibus re-  
spondisti: & alia forte quedam non ancipitis fidei  
argumenta producam. Indicijs & conjecturis nō  
cupio plus credi (si quę allaturus sum) q̄ ipsa perse  
nomina merentur. Nec sycophatijs acturus sum  
tecum: nec incertis fabulis.

**Era.** (Et fieri poterat: vt summus pontifex admiratus  
istud ingenium pene diuinum: tibi tradita virgu-  
la: totius orbis censuram tibi fuerit mandaturus:  
nec iam vllus liber aut æderetur: aut legeretur: nisi  
Leei suffragio pbatus: toti⁹ rei literarię aristarchi.

**Edo.** Sic tibi placet (quod consuesti) ridere me. Ego qui  
conscius sum mihi q̄ nihil sum: me hochonore nō  
dignor: vt sim a consilijs pontifici. Scio q̄ sit mihi  
curta suppellex. At quis nescit te ipsum: has tibi

partes; vel tua spōte: iam olim præsumpsisse: vt totius  
 rei literariæ sis Aristarchus: qui nec veteribus  
 nec neotericis parcas: qui censuram in omnes ve-  
 luticū imperio: ac cathedralit agas: qui damnes  
 etiā ea quæ vix vnq̄ gustasti: q̄ veterū dogmata con-  
 uellas: qui nec ecclesiastica decreta patiaris esse  
 intemerata: qui hereticorū delirijs in specie: non  
 mīhi tantum: videaris patrocinarī: qui quasi ius ti-  
 bi in theologiam vendices: qui p̄t̄ te omnes cō-  
 temnas. Id quod mīhi exploratū est: de quibusdā  
 in theologia (nī fallor) doctoribus te ipso. Ego  
 sic insano: vt ambiam hunc locum: quando tu sic  
 p̄occupas? Semper colui doctos. Nullū vel trī-  
 uale opus cuiuslibet authoris vnq̄ spreui. Nec  
 tuum certe sperno: etiam si aliquoties dissentio.  
 Studium tuum in hac re nunq̄ improbaui. Tantū  
 in te desydeto plusculum diligentia: ac modestia:  
 & forte in quibusdam locis: iudicij. Satius fuisset  
 non facere: q̄ tumultuarie/ ac præcipitanter/ dor-  
 mitanter q̄ facere. Opus orbis scribebatur: & opus  
 (nī par esse posses) periculōsum: vt impium prope  
 fuerit non omnibus oculis vigilasse: nec tuis solū:  
 sed & alienis.

Nūc pleriq̄ dicūt te hoc cōfilio p̄mere præclaras Era-  
 istas annotationes: vt me fati functo: tum demū  
 ḥdas: ḥēμμ vīcturus: id est in gloriam vīctoriam re-  
 portaturus: quum nemo sit qui contra certet.  
 Nihil mīhi cum umbra tua: quæ cūm deus volet: Edo.  
 & salutē tuæ hora sit commoda: per me quiescat in  
 pace. Certe ego mortem tuam non optarim: quin

vero deum superosq; obtestor: ut bonis literis mul  
tos annos supersis. si tamen is esse velis: quem ex  
petunt: tum hæc ætas: tum præter christianum of  
ficium: duplex hic qui in te est ordo.

Eras.

Alij prædicant interim vndiq; captare te: quid  
quisq; calumnieſ: nec tuum opus aliud futurum  
q; aliarum sycophatiarum rhapsodiām: in qua mi  
nima portio sit tui martis.

Edo.

Si quis in meis annotationib<sup>9</sup> suas plumas agnos  
scet: licet repeat. Ego nevnum quidem locum di  
dici ab vlo theologorū. Si secus sit: sim apud istos  
mendax. Nec puto tam felices esse nostras anno  
tationes: ut certare de his quisq; volet.

Era.

Ita periculum est ne fiat: quum tibi speraris op  
iam laudem: minus ex tuo libro referas gloriæ:  
q; latomus rettulit ex suo illo frigido dialogo: in  
quo ferut tota theologorū cohortē desudasse.

Edo.

Sic mihi æqua doctorum virorum iudicia conti  
gant: ut laudem ex hac re non spero: nisi forte eate  
nus quatenus prodeſſe volui. Iam tu vrges ut expe  
riar aleam. Scio quibusdā p̄bata īrī nostra. contra:  
quibusdā tua. Forte neuter satis opimā laudem re  
feret ex hoc certamine. Mihi minus infeliciter ca  
det sors: q; propiciam aleam non expectem: quāq;  
hoc meis rationib<sup>9</sup> non nihil prodeſſe debet apud  
æquos rerum existimatores: q; inuitus trahor in  
harenam.

Eras.

Nec dubito quin tibi valde nunc arrideant quæ  
scribis: sed caue putes itidem omnibus arrisura:  
quū clare luci leſe cōmiserint.

Fo. CXXXVIII.

Mihī fausta erit alea: si post hac arridebūt. Arride Edo.  
bunt autē si doctis arriserint. Adhuc certe nō ar-  
rident. Stultum fuerit præiudicare tibi sententiā:  
si orbiscribas.

Qui uenis gloriæ fama stimularis: ignoscendū ar-  
bitror. At q̄ ista via grassaris ad gloriam: qui non  
solum theologus: ac vir bonus: verū etiam sanctu-  
lus haberi vis: nulla non iprobabit posteritas: etiā  
si non desunt fortasse qui nunc applaudant.

Eras. Gloriæ quidē fama q̄ non stimulor: Erasmus ido-  
neus testis est: qui gloriā mihi immortalē non ro-  
gatus obtulerit: nec acceperī: imo ne gratias quidē  
egerim. Vt inā sim vir bonus. Sanctulū nescio cur  
dicās: nisi id te forte male habeat: q̄ officia que vo-  
canthoraria cotidie persoluo: reliquū ferme diem  
domi mihi viuo & literis. Nulla prebeo foras in-  
dicia sanctitatis: nec sancti nomēnq̄ ambiui. Mi-  
hi sane satis sit: donec viuā: si christianus sim. at q̄  
vt inā certesim. Nā multa que in' me non agnosco:  
cōpleteſt veri christiani nomen. Et tñ conabimur  
esse aliquando: quod semper esse debemus.

At q̄ hanc fabulā ita ferme biēniū agis: at q̄ ita dul Eras:  
cescit actio: vt etiā immoriturus videarīs.

Qui vero Erasm⁹ egit. Nā Leeus nunq̄ egit q̄ c̄q̄: Edo,  
nisi puocat⁹ ab Erasmo. Vt inā līcuisset tibi oculis  
in p̄cordia mea penetrare. vt videre posses: q̄ gra-  
uatim quoties tu pungeres: relinquerim præscri-  
pta studia mea: vt tuis notis responderem. Quum  
ego altum quiescerem: beatum me putans: q̄ frue-  
rer meo dulci ocio: ac vt mihi videbatur seculo: in  
nec opinantē: sed quæ pacis sūt: magis cogitantē:

subitaneū ex tua pharetra missum fuerat telum. &  
id quidē iam quater: qđ nō me solū: sed & meos cō-  
moueret: & vniuersum tumultū pareret: vt iā diu  
Erasmo p̄cone: nullus sit sermo habitus apud Lo-  
uanios: & fere apud meos Anglos: nīsi de Leeo.  
Vt inā nō tibi dulcior sit hēc actio: q̄ mihi. Sic nū  
q̄ res eo tumult⁹ p̄cessisset. Nec sum in hac fabula  
imoritur⁹. Nā postq̄ nūc votis tuis satissactū ē: vt  
ignorantia nostra orbī prodatur: forte postq̄ hac  
narraturus sis fabulā surdo. Sí per te licuisset: iam  
aliquid forte essem in græcis & hebraicis literis. In-  
felix prorsus ego: cui talis obuenit occasio: quato-  
ties diuellerer/a dulcissimo ocio/ad odiosissimam  
palestram: nunq̄ antea doctus certare: & quidem  
certaturus tecum: vno omnium pugnacissimo: ac  
calidissimo bellatore.

Eras. Nec tamen ita tibi sum infensus: vt cupiam quē-  
piam amicum tibi: vel pīlo minus amicū esse mēa  
causa. Tantum abest: vt grauius aliquid malum  
optem accidere. Sed res nusq̄ gētiū sparsa nō est.  
Edo. Mirum vero id quo pacto audeas dicere qui nul-  
lis non modis: totum doctorum orbem prouo-  
cas in meum caput: & aliquot amicos in Anglia  
contra me cōmouisti. Imo iam zizaniā seminas  
inter me & optimos ac doctissimos quosdā viros:  
qui tamen pro sua prudentia obsurdescēt (spero)  
ad hanc tuam incantationē. Et quod grauius ma-  
lum cuiq̄ optes accidere q̄ vt nomen eius macules  
apud omnes: id quod de me: nullis non modis  
studes efficere. Sed quod hic aīs: non diffimis

le illi est: quod quodam loco de te ipso tam sana  
 cte profiteris: putare te neminem esse: qui vel tua  
 legerit: vel tecum aliquam egerit consuetudinem:  
 quin perspectissimum habeat: te nihil æque dete-  
 stari: q̄ exempla libelli famosi: aut violentiæ. Id sci-  
 licet probe testantur duæ illæ virulentissimæ ac sy-  
 copatissimæ criminatiōes: quas euomis in me  
 in colloquijs familiaribus: quæ adolescens ædidi-  
 sti: sed senex haud ita multo pridem: plusq; iuueni-  
 liter: insano hoc auctario: & pene solo: nobilita-  
 sti. Ascribam ipsa colloquia. ( Augusti. Quid si  
 vnam aut alteram vmbram adduxero? Christi. Li-  
 cet: modo ne nigras vmbras adduxeris. Augusti.  
 Quid si. N. adduxero? Christ. Scotiam illum.  
 Aug. Imo Scotum: si lubet. Chr. Age: admittet:  
 modo domi relinquat gryphos sophisticos: ma-  
 theologias: sycophantias: supercilium: virulētias:  
 risum sardonum: glorias thrasonicas: philautia.  
 Aug. Cītius caudam reliquerit.) Orbis agnoscat  
 ex his verbis suum theologum: suum censorem:  
 suum monachum: modestum suum: simplicem il-  
 lum. simulq; illum Erasmicū pudorem: grauita-  
 tem: verecundiam: honestatem. Quid est: si hic li-  
 bellus famosus non est? Sed vbi sonat hic nomen  
 tuum iquis? Hic satis est: unde facile sit augurari:  
 quem perstringas. Quid tibi hic cum caudis bone  
 vir? Num te pudet tam puerilis ac ridiculi scom-  
 matis in gentem Anglicam: non male de te meri-  
 tum: quum etiam probe scias rem secus habere?  
 Si hæc tua modestia est: vtere ea erga alios: ego talē

modestiam nō opto. M̄ si paulo satius fuerit alio  
 rum improbitate lacefisi: q̄ tali modestia demulce-  
 ri. Non potuisset ipsa procacitas procaciora dixi-  
 se. Qz si vellem pari modestia tecum certare: quū  
 nō desit occasio: minus forte deesset materia. Sed  
 non imitabor te. Nihil acturus sum extra cau-  
 sam: quum non sit mihi tecum de conuictijs certa-  
 men: sed de sacris. Nec tamē destituor viribus: qui  
 bus virulentias tuas tuorumq; superē. Nam pro-  
 fus cōtemnam. Nec est cur p̄li faciam: q̄ iam pro-  
 pe vulgo iactata sit proverbij loco Erasmica mo-  
 destia: in rabulam: qui furijs quempiam: ac dicaci-  
 ones tuę: q̄ omnibus sit exploratum: odium parum  
 vera loqui. Et tamē sūt qui te honestius excusant:  
 q̄ rethoricas. Iam puderet proferre alteram cri-  
 minationem: q̄ tam spurca sit: tanq; foeteat podi-  
 cemolens: n̄ si q̄ hæc alterum specimen præbeat  
 Erasmici pudoris. Hæc igit̄ ē huiusmodi. (Quid  
 emolumenti afferunt literæ inanæ? Chri. Podicī  
 tergendo sunt vtiles: scombris oboluendis ido-  
 neæ &c. Aug. Evidem noui quendam cuius lin-  
 gua malim ad hoc abuti. Christ. Atego noui quē-  
 dā: cuius lingua nihilo tutius fit abstergi: q̄ aconi-  
 ti folijs. Aug. Iste igit̄ dignus est: qui aconitū edat  
 ardeleo.) Iam rogo te Erasme: heccine sunt verba  
 te digna: qui videri vis solus theologus: ac censor  
 orbis? Quid potuit dīcī spurci? odiosius: virulē-  
 tius? Aut quis rabula: quis scurra: quis mimus:  
 quis latrinarius: tam foeda expurcasset in quemq;?

Ut cætera omittam quæ non tam contemptim ha-  
 beri oportuit: vel huius sacerdotij ratio fuerat ha-  
 benda tibi: quo ne me Christū dominī: ipse etiam  
 Christus dominī: tā sordide foēdares. Sed me ma-  
 gis miseret tui q̄ vt lubeat quicq̄ grauius i te reto-  
 quere: quādo tu te ipsum vel īdīce prodīs: singis  
 pingisq̄ tuis ipsius coloribus. Absit vero a me: id  
 quod semper abhorruit a meis morib⁹: vt quēq̄  
 publicitus traducam. Nam q̄ toties virulētiæ me-  
 reum facis: id certe facis nīmum suspicionibus in-  
 dulgens: nullo certo argumen⁹o nec testimonio.  
 Imo nec vñū testē pferre potes: qui vñq̄ audiuerit  
 me extra argumentum huius disputationis de noī  
 uo testamento tuo: & defensionem meam contra  
 calumnias: in te quicq̄ temere effutientem. Chri-  
 stus tetundens calumniam respondit: dēmonium  
 se non habere. Et Paulus Petro restitit secundum  
 faciem: quia non recte ambulabat. Et cur non mī-  
 hiliceat his exemplis: hīc calumnias depellere:  
 hīc frātrem errantem ingenuē monere. Hāc fa-  
 ciens si te offendī: nulla mea culpa est: sed tua: qui  
 quod æquum est non patiaris in te fieri: quum nū-  
 q̄ cesses: quæ iniquissima sunt: facere. Qz si qd pau-  
 lo amplius iusto: excussit mihi calor: dum me pur-  
 go: non id tā graue erat: vt nō nisi impudētissimis  
 ac mēdaciſſimis crīmationibus in publicū effla-  
 tis: potuerit vindicari. Vnum illud quod memini  
 te mecum expostulasse: q̄ in literis ad amicū te fa-  
 ciām calumniatorem literarum sacrarum: nec ada-  
 modum infīcīor: nec plane certus sum an sic scri-  
 biām

113.9

pserim. Forte paulo liberius effutiuī quippiā ad amicū quendam: nō verū: sed fucatum: nec meum (vt serō nīmī sensī) sed tuum: imo mei apud te proditorem. Is. quum vtrīnq; nīmī officiosus: mihi proderet: quē partim ex te: partim ex tuis audīset: mihi nō satis grata: quum non admodum vacaret rescribere: & tamen vrge ret ut responderem: nescio si quid feruidius in illo æstu emurmuraui. Verū esto: ita sit. vel si tale quid etiam ad alios amicos scripsi: postq; tu me iam trax duxeras non paucis in locis: non est adhuc hoc capitale: quando id iam negotijs agitur ut hoc probem. Quod nī probauero: cecidi a causa. Nec extra causā est: si hoc dixi. Sed rogo te. Sum ego tibi cīcunforaneus: leuis: inconstans: per momen ta in nouā mutatus: nullis non negotijs illectus: & errabūdus Ulysses: vt me ardēlōnem voces: sed elemēto primo a fine mutato: quo ad nostrum nō men magis alludas? Risi certe humanitatem tuā: quīm pīmūm hoc legerem: qui me omnibus ornamētis tuīs decores: vt nihil prop̄ tibi reliqui facias. Possem si vellem hoc in te aptius retorquere: sed nō faciam: nec admodum opus fuerit. Nā Erasmus probe notus est. Porro illud q; sapit modestiam tuam: q; me in epistolīs ad amicos: quodā loco: virulentam bestiolam: alicubi: portentum ve riūs q; hominem: alicubi insignem sycophantam vocas. At illud q; nihil ad rem pertinet: nisi vt pus nusq; nō excrees: q; me homuncionem: pallidum: macillentum: o q; inoffenso stomacho: nominas?

Si mihi etiam liceat paululum ineptire: proce-  
 ritate tecum certo: quin verius te despecto: cras-  
 sior aliquato me es. Palloris & maciei pene æqua  
 forte sum: nisi quid plus tu: tum pertinaciore stu-  
 dio: tum ætate non paulo grandiore: contraxeris.  
 Verum succurrit mihi quid tibi blandiatur. Sunt  
 qui te nuncupent magnum Erasmū: feliciter frue-  
 re hoc titulo. Sunt & qui maximum: & his accedo  
 ut si ego tibi homuncio sim: tu mihi sis atlas: qui  
 cœlum creditur sustinere: quum nō sustineat. Sed  
 hoc quantum spirat christianum pectus tuum:  
 & illam Erasmicam charitatem: q[uodam] quodam illo  
 in farragine epistolarum nuper Basileæ emissa:  
 ad reuerendum Roffensem primum scribis: videri  
 tibi me natū esse ad sycophantias. Deinde sic (Ego  
 simihi conscius essem minime portiunculæ tot sy-  
 cophantiarum: non auderem ad Christi mensam  
 accedere). Sycophantiæ: sycophantiarum: syco-  
 phantias mire tibi placent: vt nihil tibi sit magis  
 in visu. Cur tibi excidit: quod alibi iactitas: ex tuis  
 scriptis nemine vel pilo factum esse nigrorē? Hic  
 ego nūquid per te: saltē voto: factus sum nigror:  
 quando famā meā denigrare summa vi conaris?  
 Nam quid magis impium queas impingere: q[uodam]  
 fordidus adhuc & tot sycophantiarū mihi cōsci?:  
 audeam accedere ad Christi mensam: vt reus sim  
 corporis & sanguinis domini? Certe si non sum fa-  
 ctus nigror: non id tuæ modestię: sed lectorū pru-  
 dentiæ fuerit ascribendum: qui nihil tibi credant  
 talia authori. Sed o homo: tu quis es: q[uodam] iudicas alie-

num seruum domino suo stantem aut cadentem?  
Noli iudicare/vt non iudiceris. **Hic** ego si vellem  
possem te remordere. Sed represso me. Nam nec  
quæ dixi: plane dixisse: nisi vt modestię tuæ quā  
tantopere ostentas: veluti simulachrū deliniarē:  
quo ne ex nudis verbis gloriam reportes: quū fa-  
cta nequaq̄ respondeant. Sed q̄ rem nusq̄ gentiū  
sparsam non esse scribis: id tuis & tuorū literis fa-  
ctum est: nō meis. Ego tantum ad aliquot amicos  
in Anglia de hoc tumultu scripsi: & eos quidem  
communes ac paucos. Tu vt vbiuīs gentium ami-  
cos habes: ita vbiuīs sparsisti rumorem: nec satis  
vere.

Eras. Et nosti impotentes germanorū anímōs: i genijs &  
violentiam. At in his plurimi sunt qui mihi plus  
fauent: q̄ velim. Literis meis stilum quorundam  
cohibui: & cohibebo: quod quidem erit ī me. Sed  
audio quosdam minari atrociora. Quod genus si  
quid accideret: & vt est nunc prona hominū suspi-  
tio: inuidia facti in meum quoq̄ caput recideret.  
Vt spero nihil tale futurū: ita metuo ne quid acci-  
dat. Si nihil eueniet: amice timui. Sin eueniet ali-  
quid: amice præmonui: vt si videtur aliquo cōsilio  
occurras malo: quod tuæ prudentiæ videbitur esse  
commodissimum.

Ed. Non facile adducor vt credam hanc rē cordi esse  
militibus germanis. Illis nihil cū balneo. At eru-  
ditos Germanię: quorū: ex literis quarū hodie pri-  
cipes sunt: metior pbitatē: nihil min⁹ cogitare pos-  
sū: q̄ ad turpe scel⁹ p̄cipites fore. Nolle ego sic no-

tare meę Anglię víros doctos: vt tu notas Germanos. Imo q̄cqd dicas: psuadeo mihi eruditos Germanię hoies esse: q̄ nihil affectib⁹ decernat: q̄ in cā re literarię: sententiā gladijs nō pñuciēt. Si eo vē-  
 tū est: vt ferro res decernatur: solus sedeat p̄ me li-  
 cet Erasm⁹ i sua cathedra. Impune q̄duis p̄scribat.  
 Ego pugnare gladijs nō dídici. Et tñ vtinā dign⁹  
 sim: q̄ gladijs occubā in tā pia cā. Si minant acrio-  
 ra stilo: q̄s eos in me concitauit: nisi tu ipse: qui ni-  
 hil nō dicis: vñ me ledas? Quis tā fer⁹ est: vt seuiat  
 suasponte: nulla rōne p̄uocat? Imo quid tam gra-  
 ue vñ irritari potuerint? Qui netiā si vera essent: q̄  
 contra me non minus falso: q̄ virulente torques in  
 hac epistola: nū tantū sceleris hīc est: vt nō nisi gla-  
 dio vindicari possit? Plane si verū sit: quod obliq̄  
 velutis aliena persona: mihi minaris: grauiora  
 de me effutisti: q̄ scribis. Nam hæc leuiora sunt:  
 q̄ vt aliquem bene sanestomachum ad fustes com-  
 mouere possint. Et vbi nunc Christianum pe-  
 & tuū: q̄ nunq̄ spirat: nisi charitates: modestias:  
 facilitates & simplicitates? Tātū ne tibi places his  
 vocabulis? Siccine summā statuis Christianismi:  
 vt si verbis queas adumbrare: nihil non audendū:  
 sit sceleris: vt & tutus sit: qui crimen molitur: si in  
 aliorū qui forte nihil cōscij sunt: caput possit rej-  
 cere? Qui vero age aliquādo: aut exhibe te eum vi-  
 rum: quem toties ostentas: aut exue personā: vt or-  
 bis cognoscat te qualis sis. Disputationem de li-  
 teris sacris: qui alicubi viderī vis patronus pacis:

misce cum fustibus & gladijs? De me nihil homi-  
ne: vt nihil sit iacturæ: præcogita tamen tecum:  
quid ecclesia dei passura sit: si in eam ( te authore)  
hoc exemplum irrepserit: vt de sacrâ literis dissidium  
quoties occurret: ad sicariorum examen res  
reuocetur. Et certo crede fore: vt posteritas habi-  
tura sit Erasmi nomen: tanq; pestilentia luē aliqui  
& execrationem. Si quidem posteritati plus ob-  
futurus es: etiam si moriar: q; mihi. Nec vero sic si  
defucis tuis: si quicq; malî hac de causa: mihi acci-  
derit: vt etiam si sacra omnia prophanaç iures: ab  
huius sceleris infamia queas elabi. Si quis mihi in  
sidiatur: Erasmus plane author est. Stilum vt co-  
hibueris: docent apologia ad dominum Iacobum  
Latonum: & Dialogus Trilingū: & infamatoriæ  
scedula valuis templorū Louanijs affixe: ac demū  
epistolæ ex officina frobeniana nuper emissæ: &  
epistola ad Lupsetum. Ego non tā stupidus sum:  
vthos tuos fuccos nō persentia. Oia agis: & nihil  
vis videri agere. Hostis es: & tamen amici personā  
induis. Sic fabulam agis: quasi spectatores habe-  
res lapides: & te solum putas posse præstigij vti:  
quæ nemo præter te sapiat. Vtinam vere is es: es:  
quem vis videri. Sic nullum mihi tecum dissidium  
foret. Sic felicius: ac pacatius haberent res ec-  
clesiæ. Nam si pergis/ vt cepisti: vt in literario cam-  
po: si quisq; tecum nō eat: tales concitaturus sis tu-  
multus: aut alij itidem facturi sint tuo exemplo:  
vtinam non satis recte præsgiam fore aliquādo:  
vt his factionib; ecclesia sancta misere afflictetur

Ego si multis annis minor natu: exhortatione vel  
lem apud te vti: forte contemneres . Paulus te do-  
ceat: quiduis magis sustinere: q̄ vt ecclesia dei per  
tescadalum patiatur. Quem si sequeris magistrū:  
tum tibi bene consulturus es: tum ecclesiæ. Ego ve-  
ro tā iuratus (vt forte tu putas) hostis: sedulo deū  
precabor: vt bona mentis: & pacis spiritu te inspi-  
ret: quo te ipsum possis cognoscere: & captiuare in  
tellectum tuum: in obsequium Christi: in ecclesiæ  
ædificationem: non in destructionem: quo sic ve-  
ram illam ac solidam gloriam: tuma deo : tum ab  
hominibus nancisci queas.

Iā qā nō libet: tā bonū ociū tā male pdere i hoc ge-  
nere certādi: qđ quū neutrī nostrū futurū sit hono-  
rificum: tum pio lectori ingratum: quedam capita  
epistolæ ad lupsetum: qua voluistianimos omniū  
ante libri nostri æditionē præoccupare: nec citatis  
huc: quod in priore epistola fecimus: verbis tuis:  
confutabimus. Et quoniā vehementer laboras: vt  
lectori persuadeatur te nihil impedisse: vt liber no-  
ster æderetur: cogis nos quodsæpe diximus iterū  
ab uno (quod aiunt) repetere: & apertius cumula-  
tusq̄ explicare.

Primum igitur id prorsus affirmo obstitisse te:  
quo minus liber noster æderetur . Indicia hæc  
sunt . Vesperi pridie q̄ typographus iam ha-  
bens characteres primæ formæ paratos ad præ-  
lum: indicauit mihi non ausum se progredi: q̄  
opus cōtra te foret: famulus tuus a quodam meo  
visus est ingredi domum typographi. Deinde:

quum mane a socijs illius sciscitarer: quid nam illic vesperi ageret famul<sup>9</sup> Erasmi: alter respōdit: intellexisse a magistro eū illic fuisse & secū collocutū: sed qd habuissēt colloquijs ignorare se. Ego statim accuro ad typographum. Percontor illum. Nam certe nō nihil dolī suspicabar esse in forib<sup>9</sup>: & res nostra lente processerat. Ille non tantum cōtentus inficiari famulum tuum apud se fuisse: etiā iusiurandum addit. Iam mihi suspecta erat hominis fides. Tacitus tamen mecum rem considerabam: & præfigiebam quod euenit. Vix altera hora peragitur: quum ille prorsus recusaret operam. Postea voluit nouasse pactum: sed satis inique. Nam qui antea: quum opus ambiret: spopondit daturum se mihi trīginta exemplaria: iam pascisti contendit: vt ducenta ab eo meo impendio sumerem. Et huic etiam conditioni accessisse: nisi mihi iam dubia hominis fides fuisset. Nam crede nō latuisse me: qd ipse molireris: vt quaterniones statima prælo per typographum tibi proderentur: vt tibi liberum esset: si res admodum vrgeret: sistere recursum in medio impetu: aut si forte opus procedere patereris: tantum intermissionis impetratus esses: quo respondere interea potuisses: vt simul in publicum æderetur cū meo opere: etiam tua respōsio. Ipse fassus es mihi subridēs: etiā si p̄ rexisset typographus: fuisse tamē rem p̄trahendā in tertium mensem: quum is mecum trāsegisset: vt in tertia ebdomadā prostaret. Vnde non obscurū

est: te dolum struxisse mihi. Nec etiam desunt qui  
 putat: allata ad te primā chartulā furtim excusam.  
 Cuius rei duo mihi fidē faciūt. Alterū q̄ typogra-  
 phus: postq̄ retrocessit a pacto: monit⁹ a me ut cha-  
 racteres a retinaculis in cellulas suas: statim meo  
 quodam spectante: distribueret: ( nempe & has  
 technas ipse tū præsensi) noluerit id facere. quum  
 alioqui nulla esset idonea causa: cur facere recusa-  
 ret: nisi vt quaternionem furtim excusum tibi pro-  
 deret. Alterum: q̄ e tuis quidam: primi illius qua-  
 ternionis quandam annotationem audiente quo-  
 dam meo: recitauerit. Quin & typographus ipse  
 hanc prætexuit excusationem: e socijs quendam  
 coluisse tibi chartulas statim a prælo prodidisse:  
 & propterea descivisse se a pactione: ne alieno  
 scelere: hac labe spargeretur. Et tamen quicquid  
 ille nunc mentiatur: certum est seipsum concin-  
 nasse hunc dolum: sed abs te pellectum. Huc acce-  
 dit q̄ quum postea in quodam nostro colloquio  
 in templo diui Petri Louanij: negasset fuisse me  
 traditurū typographo librum: nisi ip̄e monuisses  
 id tibi gratissimum fore: plane inficiabarī: tevnq̄  
 id dixisse. Sed nisi premi posset rumor: dicebas  
 maluisse te ædi: q̄ premi librum. At iam adest  
 quiddam certius iudicio. Possem nominare cui dí-  
 xisti: iā poenitere te: q̄ æditionē libri impedissem.  
 At nihil minus credo: q̄ voluisse illum quicq̄ fin-  
 gere contra te. Nā ex his est: qui te obseruat. Post-  
 q̄ hic iam reiecisset rem: Hillemum postea tento:

& is prope ambiens re: die dicit Mercurij futurū  
ad auspiciū operis. Vix iā præterierat horula: quū  
alia esset sentētia: dubio procul abs te & tuis: aut  
pecunia corruptus: aut minis deterritus. Et tamē  
rethoricarīs: indigne tulisse te: q̄ res ad nihilum re-  
ciderit: & mox accito typographo: egisse vt pactio  
nē istauraret: sed me mutata sentētia: memē iā sub-  
duxisse. Ecquid nō pudet ipudētis mēdacijs? Ego  
post reiectū opus sabbato hora decima ante meri-  
diana: māsi Anteuerpię sabbatū totū & dñicū to-  
tū: vſq; ad lune septimā antemeridianam. Nec ta-  
mē interea qſq; ad me accessit. Imo ne te rediēs fal-  
lerem: diligenter obseruans quid ego agerem: pro-  
ximo curru secutuses currū meū a Mechliniā vſq;  
Louaniū: nec sic contentus: quo certior essem me  
esse in curru: descendisti & inspexisti in meum cur-  
rum: meis videntibus: & id mihi postea referentib-  
us: quum ego alio tum intentus essem. Hoc scit  
monoculus ille tuus Petrus: gloriæ tuæ preco: qui  
te tunc comitatus est. Ego mutata sentētia: subdu-  
xi me! Imo vehemēter mihi doluit: q̄ re infecta re-  
dissem domum. Nā rumor iā sparsus erat: q̄ ædi-  
tionem libri molirer: ita vt puderet repulſe. Q; si  
mori literæ iam noua cogitantem non me præuer-  
tissent: non sic cessassem: Et nunquid ipse fassus es  
mihi: postq; intellexisses etiam Hillemum muta-  
se sententiam: dixisse te (iam res salua est: alij non  
sunt hic typographi præter hos duos qui habent  
characteres gr̄cos.) Sed & iam secūdo quis in cau-  
sa erat: quominus successit res apud Hillemum:

Sic tractasti rem: ut pditistibi in dies singulos singularis chartulis: potuisses ex arbitrio tuo op' quā velles rei scere e prelo: ut ego sic ex te penderē: tuo nutu oleum perditurus & impensam. Porro q̄ Hillenio dubitanti quo animo essem latus: si librum meum excuderet: dicas te respondisse: ut maturaret: nam id tibi vehementer probari: scio quibus affirmasti respondisse: nec inhibere velle te: quominus faciat: nec item hortari ut faciat. Hæc responsio erat ancipitis animi: & in eam partem magis propensi: ut ne faceret. At quo animum tuum hunc esse amplius testareris: statim ad illum mittis paraphrasim i epistolas ad Timotheum & Titum: quum alioqui scires me iam trās egisse cum illo: id quod hic confiteris. Itaq; parum tecum constas: imo te ipsum palam redarguis. Si tam cordi fuisset tibi æditio libri mei: nihil debuisses ītermiscere: quo īperturbareb⁹ negotium. Sed quis tam lapis est: ut non perspiciat: quibus artibus aggressus es hanc rem. Postq; statim a pacto Antuuerpiam venisses: typographus: qui in omnem horam antea paratus erat pro meo libro: distulit rem ad duodecimum diem ante natalem dominicum: hoc est in quadragesimum prope diem: post eum qui præstitutus erat. Quis hic non videt: præsertim successum rei spectans: tantum temporis ī rem tuam fuisse prorogatum: tum vt paraphrases absoluieres: tum vt cōcinnares ac emitteres hanc tuam epistolam: quo fucis istis ac mendacijs omnium animos præoccupares.

Nempe scibas id tua plūtimum interesse: q̄ pri-  
mis querimonijs plus æquo plerumq; soleat de-  
ferri. Et tamen non omisi ad diem destinatum fra-  
trem meum mittere Antuerpiam. Quem vt priz-  
mum vidit Hillenius: dixit paraphrases tuas ha-  
bere se in manibus. Postea tamen vbi vt consen-  
taneum est tuos consuluisse: (nam tu iam Louanij  
eras: concinnans forte hanc epistolam) illum ipm  
diem designauit ad auspiciūm operis: quo primū  
hæc epistola ad Lupsetum: apud Typographum  
Theodericum Louaniensem prelo mittehatur:  
ac prostabat. Vt vel cæco appareat non alio consi-  
lio procrastinatū esse: nisi vt prius q̄ me⁹ liber sub  
prelo esset: tu iam omnium oculos noua hac fabu-  
la perstringeres: quam ceu oraculum obtruderet  
ignaro adhuc rerum lectori: simulq; videri posses  
me vrgere ad p̄mulgandū op⁹: quasi inde cupias fi-  
dē eē factā lectori: nō te īpedisse euulgationē opis:  
qđ tā īpēse ambis vt euulget. His præstigijs: & tā  
fluentī calamo fīsus: nihil non polliceris tibi pos-  
se te persuadere: sed stupidis forte: & his qui in rē  
ipsam nō satis penetrant. Mihi nūq̄ persuadebis:  
etiam sitibi stupidus sum. Nā quasi quo quis trahe-  
re posses me in tuam sententiā: sic rhetoricas: (nī  
mirū ipse sibi satis cōscius rem longe secus habere)  
quū nō sim mihi cōscius. Quin vero tu tibi con-  
sciuses: rem longe secus habere q̄ dīcis. Et qui etiā  
tibia secretis sunt: sibi cōscijs sunt: apud se se tacitū:  
mendacijs: nihil dubita: te redarguentes. Nec de-  
sunt qui arbitrantur: non alio tendere: q̄ per tuos

quosdam: superiore estate a Germania & Lutecia  
prohibitus sum: si vellem saluti meæ consultum:  
q[uod] ut ne his locis liber meus excuderetur. Nam hic  
certo scibas: omnes typographorum officinas per  
te mihi esse præclusas. Hoc est principale caput il-  
lius epistolæ: quod videor mihi abscondisse. Iam ad  
reliqua.

Nunq[ue] mihi vel verbum fecisti de Theoderico:  
quu[m] alioqui nulla spes esset: vt is tibi tam iuratus:  
satis ex fide ageret meum negocium.

Nec vniq[ue] dixi trecenta loca mihi notata: q[uod] nemo  
posset diluere. Dixi forte quædam esse: quibus  
non satis esset proclive: bene respondere.

Quu[m] cōditiones narras abs te mihi ppositas: q[uod] dam  
immisces nunq[ue] mihi audita. Quod omniū  
equissimum erat/taces: videlicet q[uod] domini Ioānis  
Atensis censuræ: vtriusq[ue] nostrum consensu / res  
permittebatur: & illud item: q[uod] hanc censuram  
subterfugeras. Sed & de ocio ad quod me reiece-  
ras: neverbum quidem facis. Nam hæc contra te  
faciunt: vti latius est videre ex nostra apologia. Et  
vt summatis dicam: hæc sic vt tu dicis esse gesta:  
Leeus inficias it.

Ad editionē prouocatum me abs te: nō nego. Et  
tamē homo versipellis: aliovide baris niti. Nam  
si per te licuisset: orbis iam diu habuisset librū.

Q[uod] dicis: ab his iactatū qui mihi fauent: sic excu-  
sum iri librum: vt inter tibi malevolentiū manus  
volitās: post annū demū abs te deprehenderetur:  
An quisq[ue] tam insanus est: vt credat tibi hæc dicē-

ti! Quis typographus non oibus & aude comu-  
nicat libros a se emissos? Et mihi plane decretum  
fuerat (quod sunt qui testari possunt) librū statim  
ad te mittere: postq ad meas manus excusus per-  
uenisset. Sed de mittendo libro Coloniam: nihil  
prorsus erat cogitatum.

Non suscepī negotiū inimico animo. Nihil vñq  
sincerius egi: & id quidem vsq hunc diem. Cate-  
rum q a te ab alienatus sum: id tuo vicio factum est  
nō meo. Nunq tamē fui hostis: nec adhuc sum.  
Illud non memini dixisse me tibi: quum primum  
nouum testamentum tuum in manus susciperem:  
præteritis præfationibus ad rem properasse me.  
Et illud item me dixisse prorsus inficior: me mul-  
ta rescuisse: vt iam a posteriore noui testamenti  
editione superuacanea: quam nec tum in illo pro-  
ximo colloquio videram: aut si videram: non con-  
tuleram adhuc cum meis annotationib<sup>9</sup>. Nec est  
est quod obijcas mihi σφέλμα μημικόν q vtrumq  
dixerim: & retexuisse me opus: & etiam nunq fu-  
turum: vt librum euulgarem? Etenim alterum fe-  
ci in martio: quum (te consentiente) librum ad re-  
uerendum Roffensem essem missurus. Ethoc qui  
dem tempore: secunda edictio tua nondum prosta-  
bat. Porro alterum dixi postea in Iulio: vb multo  
rum amicorum literas ad concordiam nos hortan-  
tes: accepissem. Hoc volui dare voluntatibus ami-  
corum. Et plane tum habebam in animo quod di-  
xi: modo reuerendus dominus Roffensis censurā  
dignaretur suscipere: nec tu amplius pungeres ad

ædendum. Nihil hic fuisse factum nisi simplicissi  
 mo animo deus scit: qui & scit: quatum abhorre-  
 rim ab hoc certamine: q & dulce mihi fuerit illud  
 meum oculum cum literis græcis & hebraicis: quod  
 tu toties interturbasti: nulla prorsus a me iniuria  
 laceratus: sed (quod vero simile est) aut opimam ti-  
 bilaudem: aut grande mihi malum pollicitus ex  
 hac pugna: aut etiam forte aliud in pectore habes:  
 aliud in ore. Nam & rumoribus fuerat satissacien-  
 dum: qui tua culpa sparsi sunt: non mea. Ego tan-  
 tum partes meas tutatus sum contra calumnias.  
 Tu nunq cessasti apud pueros: apud laicos: apud  
 effedarios. Nam & in effedo intellexi te quædam  
 effutisse: vt in hoc: dodonæum es verius sis q ego:  
 qui vbiq ac perpetuo tinnieris: nec vnq quieueris  
 ab illo die: quo primum te hortante hanc operam  
 ingressus sum: nimirum quiduis æquiore animo  
 ferens q amicum monitorem: præsertim qui idem  
 sit ingenuus ac ex animo moneat: qui mos est syn-  
 ceriter amicorum.

Sed q tam sitientē gloriæ facis me: vt vel scelete:  
 vel impudentia velim eam mihi parare: (nam me  
 Herostrato similē facis: & nescio cui ortuino gra-  
 tio) non videris mihi tecum satis constare: qui me  
 simul & gloriæ cupidum facias: & prorsus insanū.  
 Plane plusq insanirem: si tam paratam habes glo-  
 riā ex tuo pollicito: & tam leui opera: vt in tuis  
 erratis cœcutirem ad blandirerq: alia via quererem  
 cum laboriosa acancipiti: tum etiam multis nomi-  
 nibus periculosa. Tua illa iam præsens mihi erat:

N. 120. 03  
ti! Quis typographus non oibus & aude comu-  
nicat libros a se emisos? Et mihi plane decretum  
fuerat (quod sunt qui testari possunt) librū statim  
ad te mittere: postq ad meas manus excusus per-  
uenisset. Sed de mittendo libro Coloniam: nihil  
prosper erat cogitatum.

Non suscepī negotiū inimico animo. Nihil vñq  
sincerius egī: & id quidem vsq hunc diem. Cate-  
rum q a te ab alienatus sum: id tuo vitio factum est  
nō meo. Nunq tamē fui hostis: nec adhuc sum.  
Illud non memini dixisse me tibi: quum primum  
nouum testamentum tuum in manus susciperem:  
præteritis p̄fationibus ad rem properasse me.  
Et illud item me dixisse prospicior: me mul-  
ta res ecclie: ut iam a posteriore noui testamenti  
editione superuacanea: quam nec tum in illo pro-  
ximo colloquio videram: aut si videram: non con-  
tuleram adhuc cum meis annotationib⁹. Nec est  
est quod obijcas mihi σφέλμα μημικόν φ vtrumq  
dixerim: & retexuisse me opus: & etiam nunq fu-  
turum: vt librum euulgarem. Etenim alterum fe-  
ci in martio: quum (te consentiente) librum ad re-  
uerendum Roffensem essem missurus. Et hoc qui  
dem tempore: secunda editio tua nondum prosta-  
bat. Porro alterum dixi postea in Iulio: vb̄ multo  
rum amicorum literas ad concordiam nos hortan-  
tes: accepisse. Hoc volui dare voluntatibus ami-  
corum. Et plane tum habebam in animo quod di-  
xi: modo reuerendus dominus Roffensis censurā  
dignaretur suscipere: nec tu amplius pungeres ad

ædendum. Nihil hic fuisse factum nisi simplicissi  
 mo animo deus scit: qui & scit: quatum abhorre-  
 rim ab hoc certamine: q & dulce mihi fuerit illud  
 meum ocium cum literis græcis & hebraicis: quod  
 tu toties interturbasti: nulla prorsus a me iniuria  
 lacerfatus: sed (quod vero simile est) aut opimam ti-  
 bilaudem: aut grande mihi malum pollicitus ex  
 hac pugna: aut etiam forte aliud in pectore habes:  
 aliud in ore. Nam & rumoribus fuerat satisfacien-  
 dum: qui tua culpa sparsi sunt: non mea. Ego tan-  
 tum partes meas tutatus sum contra calumnias.  
 Tu nunq cessasti apud pueros: apud laicos: apud  
 essedarios. Nam & in essedo intellexi te quædam  
 effutisse: vt in hoc: dodonæum es verius sis q ego:  
 qui vbiq ac perpetuo tinnieris: nec vñq quieueris  
 ab illo die: quo primum te hortante hanc operam  
 ingressus sum: nimirum quiduis æquiore animo  
 ferens q amicum monitorem: præsertim qui idem  
 sit ingenuus ac ex animo moneat: qui mos est syn-  
 ceriter amicorum.

Sed q tam sitientē gloriæ facis me: vt vel scelere:  
 vel impudentia velim eam mihi parare: ( nam me  
 Herostrato similē facis: & nescio cui ortuino gra-  
 tio) non videris mihi tecum satis constare: qui me  
 simul & gloriæ cupidum facias: & prorsus insanū.  
 Plane plusq insanirem: si tam paratam habes glo-  
 riæ ex tuo pollicito: & tam leui opera: vt in tuis  
 erratis cœcutirem ad blandirerq: alia via quererem  
 cum laboriosa ac ancipiiti: tum etiam multis nomi-  
 nibus periculosa. Tua illa iam præsens mihi erat:

si sic vellem: vt iam omnium ore cantarer: Leeus  
Erasmi ac musarum: omiumq; bonarum literarū  
amicus. Ex dubio hoc certamine si quæ expectet:  
serius tamen veniet: nec satis grata: q; cum multis  
molestijs ac periculis sit cōiuncta: nec satis solida:  
q; semper erit multorum Erasmeorum latratui ob  
noxia. Seda est tua modestia: vt semper mihi triz  
buas: quod tibi peculiare est: qui vt gloriam tibi  
parias: velut censoria virgula: de omnibus senten-  
tiam fers: antiquitati non cedis: imo qui videri  
vis: plus vnuis viderere: q; viderint omnes illi ecclesię  
sanctae sapientissimí heroes. Ego vni tantum tibi:  
& tot modis vrgentí: etiam si paulo liberius forte  
q; tu velles: nihil tamē plus iusto: aliquoties obstre  
po. Sed q; factum meum incendiarij exemplo no-  
bilitas: viderit æquus qui uis: vter nostrum incen-  
diarium magis referat: ego ne: qui pio zelo coner-  
liberare sacram lectionem: & ecclesiastica dogma-  
ta a calunijs (vtinā q; velim tā par esse queā) an tu:  
qui tot calumnijs impetas: qui foedata ab hæreti-  
cis exemplaria in orbem cures propagari: vnde peri-  
culum sit & veram ac Germanam lectionem ali-  
quoties contaminari: qui etiam non semel patro-  
cinium videris suscipere hæreticorū: vt si quis al-  
ter: tu maxime ignem suscitat videaris: nō facti-  
ciæ dee templo exemplo Herostrati: sed ecclesiæ  
Iesu Christi: quam redemit sanguine suo: exéplo  
forte Arrhijs & aliarum pestium: & talem ignem:  
qui vix restinguiri queat: si qua cœpisti perges.  
Argumentum abs te sulceptum nunq; improba-

ui. Nec vñq̄ arrogauí mihi: vt possem grāce aut latine: soluere (quod aiunt) corrīgiā calciamētū tuū.  
 Nec certe cupiam par esse tibi: nisi & alia accedant quę desunt tibi. Ego quantum calamo possum: iā primum experior: & sentio me nihil posse. Et tamen vtcūq̄ balbutiēdū est: quādo tu sic pungis.  
 Plus tibi permittis in nouo: q̄ ego mihi in veteri testamēto. Nam in nouo sic notas quæ tibi displacent: vt doceas: ego tantum labilis memoriae meae subsidiarū compingo volumen: adhuc reptans non gradiens. Nam non proclive fuerit progredi inoffense in biblia hebraica: nisi primum hebraicorum vocabulorum radices collegeris. Hæc mihi summa laboris est: vt memoriam iuuem: nō vt doceam. Certe si per hos tumultus liciisset: iam rem vtcumq̄ perduxissemus ad calcem.

Illud vero q̄ præferat simplex: modestum ac christianum pectus tuum: q̄ zizaniam moliaris seminare inter fratres: quādo scribis me in odium tuū: amicissimum factum his: de quibus antea pessime & loquebar: & sentiebam. Nihil dubito prudentiores esse quos inuis: q̄ vt tibi talia authori credāt. Veneratus sum semper hunc ordinem. Arctæ in nos amicitiæ: nullum hactenus erat argumētum. Præter vnu & alterū forte: vix noīatim adhuc salutare possum. Nec mihi vlla vñq̄ cum his fuit consuetudo. Nunq̄ eorum quęq̄ instigai contra te. Sim apud eos mendax: si vñq̄ feci. Nec vñq̄ de eis minusq̄ par erat honorifice: aut locutus sum: aut sensi.

Calumniaris q̄ sparsō rumore q̄ mortuus essem basileq; ego tum demum faustam occasionem (vt videbar) nactus: totam hanc regionem & meā Angliā sexcentis illis locis impleuerim. Ille rumor ad aures meas nunq̄ increbuit. Postq̄ iam rediſſes ex Basilea: ac nescio quo morbo laborans decubares in domo Theoderici Alustensis: memini semel mihi nuntiatum a Matthæo Adriano hebrœo: despatum prope esse de tua salute. Nūq̄ bene valeam: niſi statim illi responderim; vehemēter dolere me: si id verum sit. Nam facturas bonas literas magnā in tua morte iacturam.

Impudēs essem si iactitassem sexcēta loca mihi collecta: quando liber apud Atensem erat vno aut altero prope mense: vt tibi mearum annotationum copiam faceret: si velles. Itaq; pr̄ter notam: quam incurrissem vani hominis apud Atēsem: tui ipsius oculi vanitatem meam redarguissent.

Si tota hæc regio & mea Anglia exemplari bus repleta sit: alterū sequi necesse est: aut te nechic: nec in anglia amicos habere: me vero magno numero fidos Achates: aut te simulasse tantum cupere librum habere: nec cupisse tamen: at me viam fecisse quo haberet: qui tam late sparserim. Nam qui posset fieri: vt tuas: ac tuorū manus tamdiu euaderet: si tā late propagata fuissent? Hic nemo cui vel cor sit: tibi credat: vñ & metiri est: qualis sis & in reliq; Et eiudem farinæ est: q̄ dicas me solis his negasse: quos scirem tibi certos esse amicos: & percōctanti tibi: cur illi cuidam non facerem copiam mei libri?

respondisse me: eum tibi synceriter amicum esse:  
 Louanijs præter Atēsem ex theologis vidit nemo:  
 qui tum erat amicus tibi: nec adhuc hostē credo.  
 Notarij q̄ descripsérāt exēplaria: vtri nostrū meli⁹  
 velint: mihi īcertū est: nū si q̄ vnū ex his sciam meas  
 tibi annotatiōes pdidisse. In Anglia viderūt tres  
 amici tui: reuerēdus Roffensis: Morus: & Latime-  
 rus: & q̄ inimicus sit tibi: qđ sciam: nemo prorsus  
 vidit. Nec præter hos in Anglia: conscius sum  
 mihi: ex omni sorte quattuor vidisse. Sed q̄ dīcis  
 me respondisse: propterea non ostendisse me illi  
 cuidam librum: q̄ synceriter fuerit tibi amicus: sic  
 respōdisse me plane inficior. Mīrum vero cur nō  
 nomines illum quendam. Sed hęc vt cetera: quo fi-  
 dem captes a lectore: sed quem spero: toties depre-  
 hensus: non amplius falles. Sic iam præter q̄ expe-  
 ctaram: duabus his epistolis coactus sum respon-  
 dere. Nam quum putassem nostram apologiam  
 ad omnes prorsus diluendas calumnias: iustam sa-  
 tis/ac plenam satisfactionem complecti: noua cō-  
 tra nos/ & specie certiora: quippe multis tuis pha-  
 letis instructa: ingerunt hęc duæ epistolæ: quæ cō-  
 siliū non videbatur præterire: ne videremur agno-  
 scere. Qz si plus sati⁹ quibusdam respondi nimiū  
 occasiōni indulgens: ad id extimulauit me/ eadē  
 res repetita his duabus epistolis. Et hortātē loco.  
 quæ antea non memineram: & tamen ad rem vi-  
 debātur pertinere: memorie succurrebant. Porro  
 si toties/ & etiā acerbe stimulat⁹: paulo vehemēti⁹  
 videbor retorsisse telum: veniā mereor: q̄ prouo-

1245580  
1893854 catus id fecerim: nec tam mea causa: q[uod] ecclesia: cuius zelus interdum non nihil mihi excusavit. Deus scit me non multum dedisse affectui: etiam si non potuerim ubique mihi imperare: qualem tu forte cuperes: temperantiam. Simpliciter ac aperte dixi: quod sensi. Non ousus fui: nec odio vniq[ue] habui a consilio. Et tamen ut ingenuum videbatur rei: cere crimina quae non agnoscō: ita graue erat ac permolestum tecum digladiari: homine tam ubique celebrato: & mihi aliquandiu habito amico: imo tot communibus amicis non vulgariter amico. Sed prestatre nō debeo: quod vitare non possum. Mihi prorsus decretum erat silere: & ocio meo frui: si per te licuisset. Nam nihil mihi vniq[ue] contigit molestius: q[uod] hoc certamen. Vale Louanijs. Calē. Februa. An. M.D.xx.

